

¹ congrega, & scilicet, tu & Babylon, ut Vatablus & Rimenit; vel potius, ut Theodorus, Lyranus, & Thomas et alii cum S. Hieronymo: Tu, & Ierusalem et Iudea, que habitas in orbione, — quia brevi es obserenda. Chaldeus et alii verunt, quae habitas in manitu, vel loco immuto; Septuaginta, in electis, id est loco electo, congrega confusione tuam; Chaldeus, mercenaria tua; Maldonatus & Sanchez, idola tua, Isaiæ xlvi, 1. Septuaginta, substantiam, id est, omnes opes et viros tuos ad tibi profuturas, nisi ad confusioneum: nam omnis haec in quibus confidibus, te a Chaldeis non liberabunt, sed faciem ibunt in captivitate, Ita S. Hieronymus. Est ironia, ut potius sarcasmus, sive hostilia irrisio. Vide cap. xi, vers. 24.

18. LONGE PROIACIMUS [hebreo] יְמִין קָדֵם, id est quasi funda longe oculabori, HABITATORES TERRE (Iudeæ): ET TRIBULATIO EOS ITA UT INVENTIANTUR, — in urbe et tribulatione, ut eam affligterent non possint, sed deprehendant et capiantur a Chaldeis. Ita S. Hieronymus. Alii, ut Chaldeus et Vatablus, legunt נַצְרָב תִּשְׁבֹּח, id est invenient, scilicet angustias et peccatas, quas eis sum comminatos; vel, ut Theodorus, ut inventari sese ac Deum, quem negando perdidissent. Aliqui legunt, ut non inventiatur, id est, ut non supersint, sed moriantur et perirent. Verum Hebreus, Chaldeus et Romana legunt, ut inveniantur.

19. VENI MINI SUPER CONTRITIONE MEA! — q. d. Deo leo contritionem meam. Est vox Ierusalem, id est populi Hierosolymitani. Unde subdit:

EGO DIXI: PLANE HEC INFIRMITAS (id est afflictio et plaga) MEA EST (id est mea culpa mihi occidit; ideo) PORTABILIS, — patenter exsdam quod nihil intrivit. Ita S. Hieronymus. Potest veri cum Vatablo: Quomodo haec infirmitatem ferre potero? Nota huc crebrem et tantum euallagen, et mutatio personæ loquens, instar dogalismi; numerum loquitur Deus, nunc populus, nunc Propheta.

Moraliter: a Divina percussione, inquit D. Thomas, debet portari patienter: *primo*, proper afflictionem percutientis. *Proverb. i*: Discipulum Domini, fili mi, ne abicias, nec desicias cum ab eo corriperis. *Secundo*, proper conscientiam criminis. *Michæl. iv*: fram Domini portabo, quoniam peccavie. *Tertio*, proper expectationem in munera. *Iacob. i*: Beatus vir qui suffert tentationem, propter iam cum probatus fuerit, accipiet coronam.

Headsceare facte ch. lioni assignamus, hoc est ratio: 18 addendo: in hac vice, Propheta eo respicere adetur, quod cum Joakimus defecisset a Nabucodonosore, et satis haberes, Chaldeorum aliarumque gentium vicinarum turmas concutare, que Iudeam vastarent, incolis vero illas terram privasse, in Regum, certa historia (IV Reg. xxv, 2, seqq.), quam solam genitum historum illorum temporeum fortasse agnoscamus, non ergamus. Cum veri Nabucodonosor semper irritatus a Iudeam cum ex situ Iudeam invaseret, omnino invenitum erat, ne graviores penas a populo Iudeo exaserret. *Ita secundum videri.*

vite, quam reprobavit Deus diligentibus se. *Quarto*, propriez inutilitatem murmuris. *Tertio*, 30: Quid murmuravit homo vivens, vir pro pecatis suis? ⁹ *Cum usque* O. Thomas:

20. TABERNACULUM MEUM VASTATUM EST (locus meus, sedes mea); scilicet ipsa Ierusalem, vasta est, et FUNDATUM, — id est pagi, et oppida vicinum eam quasi runcus sustinebant et alabant, diruta sunt, nec est galatificum et restauratum. Olim enim primus patriarcharum domus fuerunt tentoria; hinc tabernacula vocantur quelibet domus et urbes.

21. QUA STUTE EGERUNT PASTORES, — scilicet sacerdotes, item reges et principes. Ita Chaldeus. Culpm captivitatem populi transferit in sacerdos et principes.

NON INTELLEXERUNT, — mala venientia et minas Prophetarum non prospererunt, non egerunt prudenter ut ea vitarent. Ita S. Hieronymus et Rabanus.

VOX AUDITIONIS (id est vox magna et clara, ita ut facile audiatur) ECCE VENIT, ET COMMOTIO MAGNA, — magnus scilicet bellum tumultus, q. d. Ecce sonitus et frenitus venientis Babylonii, ejusque equorum, armorum et curruum auditor. Ita S. Hieronymus. Sunt verba Jeremie.

22. SCIO, DOMINE, QUA NON EST HOMINS VIA EJUS, V

— Significat Chaldeos, non tam a se, quam a Deo non excitatos ad devastationem Iudeam venisse, q. d., ait S. Hieronymus: « Quod a Babylonis sustinuit, non est eorum fortitudinis, sed nostri meriti et indignationis tue. » Unde in Hebreo est, non est מְלֹאת landam, id est illius hominis instigatio, scilicet Nabucodonosoris, via ejus: cum enim cogitaret Nabucodonosor bellum inferre Ammoni, Deus illum avertit, et quasi protritus in Ierusalem ut eam vastaret, *Ezech. xxxi, 19 et 22*. Vide Cap. XXXVI et dicta cap. vi, vers. 4. Ac consequenter in postestate Judeorum non erat illi resistere, illumque avertire.

Aliter Hugo, Lyranus, Dionysius, q. d. Scio quia homo infirmus est et cœus inter tot hostes; unde facile labitur et peccat: rogo ergo ut ejus infirmitatem consideres, et quoniam nos punimis vis, non graviter, sed leniter et clementer punias. Unde S. Augustinus hoc referat ad corruptionem praedestinatorum, non ad reproborum damnationem, lib. II. *De Pecc. merit. cap. xvii.* Unde inquit: « Subiungit Prophetæ: Corripi me, Domine; verumtamen in judicio, non in furore tuo; tanquam dicere: Scio ad corruptionem meam pertinere, quod minus abs te adjutor, ut perfecte dirigantur gressus mei; verumtamen hoc ipsum nullum meum. sic agere tanquam in furore, quo iniquos damnare statuisti, sed tanquam in iudicio, quo doctes nos non superire. »

Hinc et Franciscus Suarez aliquie Scholasticis exponunt: « Non est hominis via ejus, » id est opera gratae, quae sunt ad vitam eternam, non venti in homines postestate sine Dei inspiratione et

auxilio, quis ad ea Deus hominem excitare debet præveniente sua gratia: si enim in naturalibus egredi directione Dei; ergo multo magis in supernaturalibus.

Imperite ergo heretici hunc locum torquent contra liberum arbitrium. *Primo*, quia, vel ipsi testibus, non loquuntur de omni homine, sed tantum de Nabucodonosore, q. d. Scio Nabucodonosorem non posse venire, ne expugnare Ierusalem, nisi tu eum juveris: « Equus enim paratur ad diem bellum; Dominus autem salutem tribuit, » Prov. xxi, 31. *Secundo*, esto loqueretur de omni homine, ut Maldonatus et alii volunt, non tam negat liberum arbitrium, sed tantum significat illud Dei ope indiger, et a Deo dirigiri Dei que providentia subiaceat: ac presentem Iudeos aliosque homines non posse evadere manus Chaldeorum, afflorunt hostium, nisi Dei ducta et provicia gubernatione.

Morititer, disce hic in omnibus nisi Deo Dei regio directione: nam, ut dicitur *Psalm. xxxvi*: « Apud Dominum gressus hominis dirigentur, et viam ejus volit; » et *Proverb. xvi*: « Cor hominis disponit viam suam; sed Dominus est dirigere gressus ejus. » Unde Theodoreus expponens illud *Psalm. liv*: « facta cogitatione tua in Domino, et ipso te contulisti: Gubernatorem, inquit, habeas Deum, et salvum, et res tua ab illius providentia pendeat. Nam hoc modo inconcessus manebis et immutabilis. »

Quare S. Catharina Senensis moriens sibi hoc memorabile documentum reliquit: « Opteret Christianum magnam fiduciam habere de Dei providentia, scientem omnia quae sibi vel aliis eveniunt, ex divina providentia provenire; non ex odio illius, sed dilectione eximia. » Et S. Augustinus in fine lib. I. *Soliloq.*: « Constanter, sit, Ora credo, eique te totum committe, quantum potes; noli esse velle quasi proprius, et in tua postestate, illumque avertere. »

25. IUSTIFICE ME, DOMINE, VERITATEN M IN JUDICIO, — id est moderate, cum modo et mensura, leniter et discrete: hoc enim est Hebreorum *בְּמִתְפָּדָע* mespat, ut scilicet non in ira tua omnino me disperdas, et ad nihilum redigas. Hebreice, *נוּאַפְּנִים*, id est ad pacem etiam redigas. Simile est cap. xxx, vers. 11. Est vox Jerusalem.

26. IUSTIFICE ME, — El verba et sententiam transtulit ex *Psalm. LXXVIII, 6*.

JACOB — Israel, puto Iudeos.

DECUS EJUS (omnem pulchritudinem et magnificatiam templi, domorum ac platearum Hierosolymæ) DISSIPARUNT. — Chaldei, Septuaginta, pro dicta verunt, *pascua*, id est fora aliqua loca urbium, in quibus cives, quasi oves in pascuis, omnibus deliciis pascebantur.

CAPUT UNDECIMUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Jeremias minantibus sibi suis civibus in Anatholi necem et crucem, excidium nomine Dei intentat. Unde primo, refricat pactum populi cum Deo in Sina initum, eisque ut pacti violationem cladem comminatur. Secundum, Deus, vers. 14, vetat Jeremias ne ore pro populo, qui ait: Dilectus meus in domo mea fecit sceleris multa, egoque eum quasi olivam pulchram plantavi, sed ille fecit se oleastrum. Tertio, Jeremias in Iugo Christi ait se quasi agnum duci ad victimam, mitique lignum in panem ejus, vers. 19; hinc, vers. 20, implorat et impetrat Dei ultiorem in suo Christique persecutores (1).

1. V. RUBUM quod factum est a Domino ad Jeremiam, dicens: 2- Audite verba pacti hujus, et loquimini ad viros Iuda, et habitatores Ierusalem, 3. et dices ad eos: Hinc dicit Dominus

(1) Qcum hoc capite legitimam concionem, et probabiliter cap. seqq., habuit fuisse post repertum anno decimo. *Cap. xxviii, 3*, habet obscurum arguit ad fœdus illud religiosa servandum adhortatio, quæ hec-

Deus Israel : Maledictus vir, qui non audierit verba pacti hujus, 4. quod precepi patribus vestris, in die quo eduxi eos de terra Egypti, de fornace ferrea, dicens : Audite vocem meam, et facite omnia, quae praecepio vobis, et eritis mihi in populum, et ego ero vobis la Deum : 5. ut suscitem juramentum, quod juravi patribus vestris daturum me eis terram fluentem lacte et melle, sicut est dies haec. Et respondi, et dixi : Amen, Domine. 6. Et dixit Dominus ad me : Vociferare omnia verba haec in civitatibus Iuda, et foris Jerusalem, dicas : Audite verba pacti hujus, et facite illa : 7. quia contestans contestatus sum patres vestros, in die quo eduxi eos de terra Egypti, usque ad diem hanc : mane consurgens contestatus sum, et dixi : Audite vocem meam : 8. et non audierunt, nec inclinaverunt aurem suam : sed abierunt unusquisque in privatate cordis sui mali : et induxi super eos omnia verba pacti hujus, quod precepi ut facerent, et non fecerunt. 9. Et dixit Dominus ad me : Invenita est conjuratio in viris Iuda, et in habitatoribus Jerusalem. 10. Reversi sunt ad iniquitates patrum suorum priores, qui noluerunt audire verba mea : et hi ergo abierunt post deos alienos, ut servirent eis : irruit fecerunt domus Israel et domus Iuda pactum meum, quod pepigi cum patribus eorum. 11. Quam ob rem haec dicit Dominus : Ecce ego inducam super eos mala, de quibus exire non poterunt : et clamabunt ad me, et non exaudiām eos 12. Et ibant civitates Iuda, et habitatores Jerusalem et clamabant ad deos, quibus libant, et non salvabunt eos in tempore afflictionis eorum. 13. Secundum numerum enim civitatum tuarum, erant dii tui, Iuda : et secundum numerum viarum Jerusalem, posuisti aras confusionis, aras ad Iubandum Baalim. 14. Tu ergo noli orare pro populo hoc, et ne assumas pro eis laudem et orationem : quia non exaudiām in tempore clamorū eorum ad me, in tempore afflictionis eorum. 15. Quid est, quod dilectus meus in domo mea fecit scelerū multa? numquid carnes sanctas auferent a te malitias tuas, in quibus gloriata es? 16. Olivam ubere, pulchram, fructiferam, speciosam vocavit Dominus nomen tuum : ad vocem loquela, grandis exarsit ignis in ea, et combusta sunt fruteta ejus. 17. Et Dominus exercitum qui plantavit te, locutas est super te malum, pro multis domus Israel et domus Iuda, quae fecerunt sibi ad irritandum me, libantes Baalim. 18. Tu autem, Domine, demonstrasti mihi, et cognovi : tunc ostendisti mihi studia eorum. 19. Et ego quasi agnus mansuetus, qui portatur ad victimam : et non cognovi quia cogitaverunt super me consilia, dicentes : Mittamus lignum in panem ejus et eradamus eum de terra viventium, et nomen ejus non memoretur amplius. 20. Tu autem, Domine Sabaoth, qui judicas justē, et probas renes et corda, videam ultionem tuam ex eis : tibi enī revelavi causam meam. 21. Propterea haec dicit Dominus ad viros Anathoth, qui querunt animam tuam, et dicunt : Non prophetabis in nomine Domini, et non morieris in manib⁹ nostris. 22. Propterea haec dicit Dominus exercitum : Ecce ego visitabo super eos : juvenes morientur in gladio, filii eorum et filiae eorum morientur in fane. 23. Et reliqui noui erunt ex eis : inducam enim malum super viros Anathoth, annum visitationis eorum.

concio orditur, vers. 8 et seqq. Etsi vero Josias rex religiosissimus esset, populus tamen, majorē ex parte, animo minus sincero ad Iovas cultum reversus, prouis ad pristinas superstitiones mansti. Atque Iosia quidem superstitio, in regna saltem urbe hand videtur, metu, non indignationem regis incurerunt, ad impia sacra palam et publice redire ausi esse. Sed fuisse Hierosolymis plures, qui clamo et in occulto factitiis illis sacra facerent, colligi potest ex iis, que vers. 9, 10, dicuntur. In cetera vero Iudea urbibus propagari, omni seposita veracordia, persigris dīs latitum fuisse credibile est (vers. 12, 13), presertim ultimo Josie anno, cum regem pium bellum cum rege Egyptio imprudenter suscepimus (IV Reg. xxiii, 29), a sacrom cura avocaret. Hinc tigit temporis hanc pericopam assignandam arbitramur,

Ad seriora Sædecia regnare incipientis tempora illam refert Eichornius (*Die Bibl. Propheten*, vol. II, pag. 214), quam sequitur Dahler (*Jeremie*, etc. pag. 192) : hoc maximo permotus argumento, quod versus 16, 17, ad insigne illam cladem respicere existimat, quam brevi a Nebuchadnezer, abducta una cum rege regiae familia, ix milibus hominum, Iudea accepisset (IV Reg. xxv, 13 seqq.). Verum versus illis non praterita mala commemorare, sed futura minari, orationis tenor sat prolixtus (Rossmüller). Quam etiam sententiam suam fact d'Allois.

Porro in isto sermone, post exordium ubi Prophetæ expoint legationis auctoritatem et objectum, 1, 2,

Primo, adhortator Iudeos ad servandum fœdus, quod cum eorum majoribus Egypto egressis sanciverat Deus,

2. AUDITE, etc., — tu, o Jeremia, et socii tui Prophetae (1).

4. EDUXI EOS, etc., DE FURNACE FERREA, — id est de servitute durissima, qua quasi camino ferrignito in deserto latenter in Egypto urbanetur et affligebantur. Ita S. Hieronymus. Solent enim servi et pauperes variisque homines in tornacibus, ubi ferrum funditur, laborare, sudare et vestire, ubi videre est Ledi et in Ardenna. Unde Genes. xv, 17, Abraham hec servitus præsignificata fuit per elibanum fumantem.

Tropologice, eadem tribulationis fornax probis et martyribus, ubi tribus pueris in Babylonie, est aurea, Sapient. iii, 6, imprebis est ferrea. Ita S. Ambrosius in Psalm. cxviii, srm. 20.

URSICREM. — Chaldeus et Vatablus, ut confirmerint et conservem. Secundus et melius, ut erigam, et quasi reviviscere faciam pactum meum vobiscum insum, quod quasi inter mortuum jam esse videtur. Olim enim patres sororum in ferram pacto promissum Deus induxerat; sed quia ex ea illos ob peccata ejecerat, et in Babylonem captivos duci permisérat, videbatur pactum hoc ruptum et violatum: iuraverat enim Deus Abraham, se ei et posteris eius terram Chanan daturum in aeternum, Genes. xii, 7. Dicit ergo se pactum hoc renovarum, id est reductorum eos postmodum in terram suam, si vicissim illi servaverint pactum, id est pacti conditions, scilicet, ut non idola, sed Deum colant, ejusque legem observent. Ita Maldoceus.

SICUT EST DIES HEC, — sic dies haec demonstrat, vos possidetis terram promissam a Deo, lacte et melle manantem, id est fertilissimam.

ER RESPONDI (ego Prophetæ) ET DIXI : AMEN. — Septuaginta, flat, ut scilicet haec dicant viris Iuda et Jerusalem, scilicet Deum vello innovare pactum cum eis, foreque maledictam qui non servat verba pacti ejus, id est legem, quam cum eo pacti sunt servare. Ita Origenes, Lyranus et Vatablus.

VOCIFERARE, etc., FORIS JERUSALEM, — extra urbem in agris. Secundo et melius, Hebreus, Chaldeus et Vatablus, vociferare in viis, plateis, foro, vel foris Jerusalem, ut vox foris sit ablativus pluralis a nomine forum. Ita a Castro.

primo, denuntiando maledictionem contra violatores legis, et promittendo benedictionem erga observatores, 8-5; secundo, commendando observantiam ejusdem, et inveniente in impiorum hominum ex Iudeis et Hierosolymitanis factionem, qui rumpo illo frondere et relecto Dei cultu aliarum gentium superstitiones sectabantur, 6-10; tertio, commendando rumiam, per idolatriam committeram, 11-43; nee precibus Prophetæ, nec populis sanctis averterendum, 44, 45; priorem conditionem optimam in pessimam convertendum, 46, 47.

Secundo, conqueritur de insidiis, quas ob malorum denuntiationes, iussu divino a se protulat, vita soe concives Anathothie struerunt, 18-20; et predicti vindicta hinc profidionis a Deo decretam, 21-23.

11. Audite verba pacti hujus, — scilicet quod cum vestris majoribus illi (vers. 4), quodque Josias, reperto numero libro legis, renovavit, IV Reg. xxxi, 8 seqq., xxxii, 3.

7. CONTESTANS CONTESTATUS SUM. — Id est, sepe et vehementer protestatus sum, ac prononciatus testibus, puta celo et terra, ac vobismetip̄, adhibitis et invocatis (uti feci per Mosen, Deuter. cap. iv, 26, et cap. xxxii, 1, ac per Ioseph, cap. viii, vers. 32, ea alias sepe), si pactum et legem violaretis, has penas meo inflicturum, ut non possilis queri, cum vos puniam, vos id nescisse, vos non esse admonitos. Ita S. Hieronymus, Rabanus, Hugo et S. Thomas.

MANE CONGURS. — Id est vigilanter, summo studio: quod enim studiose agimus, summo mane agimus.

8. IN PRAVITATE CORDIS SEI. — Hebraice בְּשִׁירָתְךָ כַּרְבֵּלָתְךָ, id est in duritia et perfidia cordis sui, quam potius secuti sunt, quam mea monta.

ET INDUXI SUPER EOS VERBA FACTI, — maledictiones et penas, pacto seu paci violatoribus ascruntas, Deuter. cap. xxvii, 13 et sequent. Ita Chaldeus, Theodoreus, Hugo et S. Thomas.

9. INVENTA EST CONJURATIO IN VIRIS IUDA, — q. d. v. Prodiderunt et tradiderunt se idolis, deficientes a me; non fortuito, non fragilitate, sed certa quasi conjuratione et colligatione, sive conspiratione, ut vertunt Septuaginta, Aquila, Theodorus, et, ut Chaldeus, rebellione contra me facta, scilicet sub Joakim, ait Vatablus, vel potius sub Manasse, IV Reg. cap. xxii, vers. 13. Ita Lyranus et a Castro (2).

10. SECUNDUM NUMERUM ENIM CIVITATUM, — q. d. v. Tot deos habebas, quot civitates, in quo viae et plateas, q. d. non in sola Jerusalem, sed in singulis Judee urbibus; in ipsa vero Jerusalem non unum uno loco, sed plurima, puta in omnibus plateis singula idola, quasi lares et deos tutelares existisi et colusti. Hoc est quod ait Ezechiel, cap. XVI, vers. 31 : « Fabricasti Iapanar (id est idolum) tuum in capite omnis viae. » Ita S. Hieronymus : « Et secundum numerum viarum Ierusalem, id est ex omnibus circumquaque genuibus,

(2) Proprie hoc verbo conjuratio, Scriptura utitur, inquit S. Hieronymus, quando non subito fortuite peccato, sed paras insidiis et coniunctione, tenditur ad delictum, et parimente unquam studio id agunt, ut Dei mandata contemnant. Quod vero hic dicitur, inventam esse conjunctionem, hanc obscurè indicat, impiorum de quibus hic sermo est, secretissimum ageendi rationem, et metum, ne detergerentur. Hoc certe illud est, ut vere observat Ghislierius, quod significatum Jeremias valuit Deus viros Iuda et habitatores Jerusalem in ipso tempore, quo sub sanctissima rego artius in fide, veropus in cultu, et in legis observantia apparuerant, ut suo peculiari Deo obstricti; occulte nihilominus præ optimi Josia regis metu simul convenire, et secreta conspiratione facta conjurasse, ut et a Deo deficerent, et hanc e medio tollerent cultum, quam primum libere sibi agendi exhibita esset opportunitas.

ad quas e Jerusalem via erant, idola mutuatus es, ne omnium gentium deos coluisti. Num ex modo accepisti Chamos; ex Assyris et Chaldais Baalum, non unum sed perplures; ex Egypto virtus aureos, Solem, Lunam, etc. Id diserte eis exprobavit Ezechiel, cap. XVI. Ita videmus hodie ex tua heresi, v. g. Lutheri, natus esse trecentas, et singulas ejus ubes suam habere sectam, qua ab aliis quilibet est divisus et dissecta.

14. Tu ergo. — Vox Dei est ad Jeremiam, q. d. Tu, o Jeremia, noli pro Iudeis tam impensis assumere laudem, id est, ut Chaldeis et Septuaginta depreciationm, quae ordina est a Dei laude, benvolentia et triumphis, ad captiandum Dei benevolentiam.

Notat S. Chrysostomus, homil. 14 in epist. ad Rom, hebrei comminatur ad terrendum populum, q. d. Noli te, o Jeremia, fatigare, frusta crando pro populo tam impio, quia non exaudiam te, nisi sollicito per preciosum tuis hanc framam viceris et mitigaris, ut fecit in simili case Moses, Exod. xxxii, 40 et 44. Deus ergo hic absoluere non volebat, inno noblet Jeremiam cessare ab oratione pro populo; quod sciens Jeremias perirexit pro eo.

IN TEMPORE AFFLCTIONIS. — Legit Interpres cum Chaldeo et Septuaginta יְהוָה בְּאֵת, jam legunt קָרְבָּאֵת, id est pro afflictione sua.

15. Quid est. — Queritur Deus de idolatria etiam in templo perpetrata. Se enim idola in templo dei posuit et coluit Manasses, IV Reg. xxi. Ita S. Hieronymus, Theodoreus, S. Thomas, Lyranus. Potes quoque ex Hebreo verti sic, quid est quod dilectus iudeus in domo meo fecit abominationes multorum, scilicet idolorum aut populorum? q. d. Cur in templo meo multa militari gentium idola locavit, et vario carum ritu coluit? Ita sanctus.

Secunda, Pagninus verit, quid est dilectio mea ultra in domo mea, cum fecerit abominationes multus? q. d. Ejectam cum ex domo mea, quam ita polluit. Se enim maritus dicit uxori adulteria: Quid facit uxor in torno meo, cum tam multis habeat amissios?

Tertia, Hugo et Isidorus sic explicant, q. d. Quid dilectus meus Iudeus, has tam assiduas orat et prophetat in templo meo, in quo ipsa plebs tantum perpetrat seculis?

Quarto, Kimchi et Vatablus sic, q. d. Quid caue est Deo (uni Christo) dilectio mea, alii Jeremias, cur diuinus habitet in templo hoc meo Hierosolymitanum, in quo ipsa plebs idola colit?

Vetus primus sensus nostri Interpretis optimus est, unusque recte adaptus clericis et monachis in monasterio, quod domus est Dei, dissolute viventibus.

NUNQUID CARNES SANCTE. — q. d. Viefime et scribitur non auferunt malitas tuas. Ita Septuaginta, S. Hieronymus, Theodoreus et alii passim. Hic sensus est plantus et genuinus.

Aliter vertunt Chaldeus et Vatablus: « Carnes sanctas, » id est sacrificia, et omnis Dei cultus transibit et auferetur a te, quia sacrificia execranda obvoluti idolis.

Tertio, Pagninus et Vatablus, q. d. « Carnes sanctas, » id est homines sancti, id est sacerdotes, auferentur a te et ducentur captivi.

Quarto, Sanchez: « Carnes sanctae, » id est execrabilis, quas obvoluti idolis, non auferunt maculas a te, sed te magis contaminant; it sit antiphasis in voce sanctus, qualis est in voce sacer, cum dicitur: « Auri sacra fames: » « sacra, » id est execrabilis.

IN QUÆS GLORIATA ES. — Mutat genus, quia prius intelligebatur populus, non civitas.

16. OLIVAM UBEREM (hebrei, olivam viridentem) VOCAVIT, — id est efficit, ut jure ita vocari posses, q. d. Eras, o Juda, Dominus quasi oliva viride et florens, cum enim coloris in summa pace, et rerum abundantia, felix et beata ac famosissima inter Gentes.

Nota: Ecclesia et Sancti comparantur olea et olive, primo, ob soliditatem virtutis. Lignum olea nec tempestas, nec caries, nec vetustas laetificat: unde apud veteres seculitatis erat symbolum. Ille Elias et Henoch, utpote aeternitatis candidati, vocant olive, Zachar. IV, 14: isti sunt, inquit, duo filii olei splendoris, qui assistunt Dominatorum universae terræ; et Apocal. cap. xi, 4: « Hui sunt duas olive, et duo candelabrum, in conspectu Domini terræ stantes; quia scilicet hi duo, infra dicto animo, resistunt Antichristo, nec ulli laboribus, minus aut tormentis cedent.

Secundo, ob fertilitatem, est enim uila fecundissima. Unde Psalm. LI, 10, dicitur: « Ego autem sicut oliva fructifera in domo Dei. » Unde et hic ait Jeremias: « Olivam uberm, pulchram, fructiferam, speciosam, vocavit Domini nomen tuum. » Hinc Apostolus, Rom. XI, 17, ait gentes ex sterili oleastro inseritas esse in bonam et ferilem olive.

Tertio, ob pinguedinem gratiae, devotionis et charitatis Sanctorum, quæ dat pinguedinem, est et valorem, bonus operibus. Ille dicitur Isaia V, 1: « Vinea facta est dilecta meo in cornu filio olei. » Ubi Symmachus vertit, in cornu in medio olivarum; Septuaginta, in cornu in loco pingui vive uberi. Ubi Isaia vinea, id est Ecclesie robur et potentiam designat per cornu; pinguedinem et gratiam per oleum.

Quarto, sicut olive folia nunquam deflunt, sed semper virent: ita Sanctis illustribus nunquam deperit pulchritudo honorum operum, sed eorum virtus semper viret. Osee XIV, 6: « Ero quasi ros, Israel germinabit sicut lumen, et erumpet radix ejus ut Libani, et erit quasi oliva gloria ejus. » Ubi S. Hieronymus: « Cum Dominus, inquit, nos surre gracie resperserit, germinabimus, amo floribus sicut lumen, et mittemus radices nostras sicut arbores Libani, que quantum in auras con-

surgunt vertice, tantum radicem in ima demergunt, at nulla tempestate quatianur. »

Quinto, propter pacem; pacis enim symbolum est oliva. Unde columba afferens ad Noe ramum olive, finem diluvii, pacemque terræ et hominum cum Deo significavit; Sancti enim sunt pacifici. Jam omnibus Quocirca, ut gentiles narrant, aut potius tubulari, cum Neptunus et Minerva de dignitate contendenter, et Neptunus allegatus esse esse aquæ, rei utilissimum, inventorem; Minerva autem pro se adducere, se olivam fructiferam plantam innescavit; ecceidit causa Neptunus, fuitque pro Minerva lata sententia: quia oliva arbore significabatur fertilitas, ejusque causa, pax, qua nihil diebant esse jucundius, nihil utilius, nihil ad tranquillam, helam et beatam vitam accommodatus.

Sexto, propter misericordiam: hanc enim significat oliva. Nam Sanctorum propria virtus est misericordia. Hinc Salomon duos Cherubim fecit ex ligno olivarum, eosque posuit in oraculo, III Reg. VI, 31, ut significaret misericordiam ad celum ducere, et in celo sibi adductos collocare.

Septimo, propter speciem, nitorem et splendorem virtutis. Eccl. XIV, 19: « Quasi oliva speciosa in campis, et quasi platanus exaltata sum juxta aquam. »

Denique olive foliis exiguis et pallidis, sed fructu uberi, indicat Sanctos honorem et ostentationem fugere, sed interius solidio virtutis fructu praesci. Docet enim symbolice oliva fructum frondibus, commoda pompe, utilitatem splendori præfendum. Quis enim non preferat olivam exilium et foris abjectam cuivis placenti atlato aut querenti frondibus luxurianti? Existat haec de emblemate elegans apud Phædrum, lib. III:

Olim, inquit, quas vellent esse in tutela sua, Divi legem arbitri. Quemus Jovi,
Et myrus Veneri placuit, Phœbus laures,
Purus Cybele, populus celsa Herculi.
Minerva admirans, quare steriles sumerent,
Interrogavit. Causa dixit Jupiter:
Honore fructum ne videantur vendere.
At me hercule narabat quid quis voluerit,
Oliva nobis propter fructus est gratar.
Tunc sic deorum genitor, atque omnium salutis:
O nata! merito sapiens dicere omnibus,
Nisi uile est quod facimus, stulta est gloria.

Sapiens ergo Minerva olivam fructiferam sibi deposcens, docet vanum esse omne frondosum gloria choragium, nisi succulentis utilitatis fructibus fecundetur.

AD VOCEM. — Septuaginta Hebreum יְהוָה הַבָּא בְּאֵת mal, id est circumcidere, derivantes, vertunt, ad circumeisionem vel scissionem tuam, qua scilicet fecisti schisma sub Roboamo a Juda, o Israel, in clades incidisti.

Verum melius Noster interpres et ceteri omnes hamula, deducunt ab יְהוָה hamal, id est loqui, q. d. Ob idololatriam tuam, contra te excitabitur vox

grandis, id est jussio Dei terribilis instar tonitru. Dei enim vox mollis et blanda est, qua te vocavit « olivam speciosam, » tibique leeta et fausta promisit: vox vero Dei grandis et horribilis est, quam minas intentat, quamque sequuntur vastitas et exitus, sicut post tonitru sequuntur fulgetra et fulmina. Ita Sanchez.

Rursus vox grandis, id est imperium et mandatum Nabuchodonosoris, atque clamor Chaldeorum, qui in te igne acedunt, urbemque tuam incendo perdent. Ita Lyranus, S. Thomas et Vatablus. Hebreum enim hamula significat clamorem, strepitum, tumultum, qualis est militum in castris, et in expugnatione urbis, presertim cum e domibus et turribus adhuc cives resistunt. Tunc enim milites clamant: Fuogo, fuogo, domosque incendent, uti Antuerpias et alibi factum vidimus. Nota: Tū grandis tam ad τὸ λογοῦ, quam ad τὸ ἤγριον (et tunc est sensus planus, grandis ignis exarstī) referri potest, varia enim hic est interpretatio.

Tertio, S. Hieronymus, Rabanus, Hugo et S. Thomas, ad vocem loquela grandis, id est, inguium, ob tuam jactantiam et blasphemam superbiam comburoris.

Quarto, « ad vocem loquela grandis, » id est ad famam, qua de Iudeis belligabantur, quasi de felicissima republica omnes gentes inierunt cum eis amiciunt et commercia, et inde, a commercio scilicet cum gentibus idololatris, exarsit ignis idololatria, quam ab eis didicit Iudea, qui omnia combuscut et vastavit.

Sic tropologice, ait S. Gregorius, homil. 21 in Ezechiel, de favore et amore laudis, in corde flamma elationis accenditur, quæ omnia consumit. « Vox enim grandis loquela est favor adulantis, » qui omnia bene gesta et dicta depascit, cum ex amore, non Dei, sed laudes flunt. Unde scriptum est Proverb. XXVII: « Qui benedic proximo suo voce grandi, de nocte consurgens male dicenti similis erit. »

FRACTA EJUS. — Persistit in metaphora olive, cui comparavit Jerusalem. Sicut enim ignis de passit oleam cum omnibus ramis, ita Chaldei igne suffinxerunt urbem cum templo, palatiis et plateis.

17. LOCUTUS EST SUPER TE MALUM. — Decreverit te, perdere, perdere et vastare.

18. TU AUTEM (1). — Rabanus, S. Hieronymus, Theodoreus et alii haec ad litteram de Christo accipiunt: sed patet ex sequenti et precedenti,

(1) Quæ deinceps narrat vates facta videntur postquam superiorum concionem habuissent, in qua mala populo et supplicia tot digna sceleribus denuntivit. Eichorn, quer sequitur Dahler, hic nova pericope que usque ad XI, 13, decurrat, et regnante Sedeccia edita sit, initium statuit. Verum sufficxum tertie persona pluralis in בְּאֵת המלך, opera eorum, manifeste respicit ad malos illos, de quibus in his, quæ precedent, locutus est. Illi igitur, aggreferentes quod non desinerat vales ipsos viatorum coagulare et peinas minari, de monte tam molesto et medio tolendo consilia clara inter se agitant. (Rosenum.)

maxime vers. 14 et 21, hoc ad litteram de Jheremias dici, qui queritur de insidias, et morte sibi parata a suis civibus Anathoth, eo quod tam liberis eis prophetabat, et minabatur excidium.

Allegorice, certum est ex Ecclesia consensu, sub persona Jheremias haec de Christo dici, et propter Christum haec Jheremias evenisse, et scripta esse, atque hoc vult S. Hieronymus. Unde sic conciluit: « Ut omni interpretationis molesta liberenur, hanc sequuntur regulam, quod omnes Prophetae in Christi typum plenaria gesserint, et quidquid juxta praesentem tempus complevit sit in Jheremias, hoc in futuram de Domino prophetari. » Sie et Theodorus, Rabanus, S. Thomas, Lyranus et Vatabulus.

19. Et ego QUASIAGNUS MANSUETUS. — Hebraice, *alluphi*, id est assuefactus, mansuetus; Chaldeus, *dectus*; Septuaginta, *inaceens*; Syrus, *sin-ples*; Arabicus, *aherans*, vel *insuacens*; sed incongrue. Poles sexto verbi: *Ego sis agnus dux, vel dulor gregis, ut significetur Christus, qui omnes martyres exemplo suo anteivit, eosque sua passione amavit ad fortiter appetendum pro Deo mortem, inquit Negan in Apoc. xii, pag. 316. Septimo, Vatabulus, *agninus* et Kimchi vertunt: *Sicut agnus et sicut bos ducitur ad victimam; sic et ego*. Jheremias ergo purus et mitis fuit quasi agnus, iuncte typus vero agni, qui tollit peccata mundi, scilicet Christi; qui fuit dum gregis Ecclesie, pro eaque immortali, est ut docti Isaiae, cap. lxxi, 7.*

Hinc Christus fuit agnus occisus ab origine, rurdi, presignatus.

Primum, in sacrificio Abelis, qui oblitus priuilegia oviuum, id est agnos, domino, ac proinde Deo placens ipsenem quasi agnus innocens, scilicet est victimae Deo, cum parvicia Caini occisus, primus exstitit virgo et martyr.

Secundo, in ariete sive agno masculo, quem pro Isaiae substituit et immolavit Abraham, Genes. xxii, 12. Sic enim in Christi passione, Iudeus et torturibus pre dilecta surrogata, passa et immolata est humanitas.

Tertio, in agno paschali, de quo fusa dixi Ego di xii. Etenim « Pascha nostrum immolatus est Christus. Agnus redemit oves, Christus innocens Patri reconciliavit peccatores. »

Quarto, in iugis sacrificio. Quotidie enim Hebrei, ex lege Exodi xxxi, 38, immolabant Deo tam mane quam vespero agnum: et hoc est sacrificium matutinum et vesperinum, quod sape offerit et reficit David in Psalm. et Prophete. Ita Origenes, Cyrilius et Euthymius, in Joan. cap. i, 29.

Quinto, in aliis oviibus et agnis, qui ex lege omni festi offerendi erant.

Sexto, quia ad Isaia, cap. lxxi, 7, et Jheremias hic Christus comparatur agno. Hinc Joannes Baptista demonstrans Iudeus Christum, sive Messianum eis promisso: « Ecce, inquit, agnus Dei, ecce qui tollit peccatum mundi. » Ubi nota: Christus dicitur « agnus Dei, » quia a Deo, id est, Dei Iussu et vo-

luntato Dei, pro hominum redemptione est immolatus, sicut vocatur sacrificium Abraham, quod Abraham obtulit Deo, aiunt Theophylactus, Euthymius et Maldonatus. Aut quia ipsum Deo est oblatus et immolatus: aut « Dei id est, divinus prout divinitatem, que in ipso erat: aut, ut Clemens Alexandrinus, lib. I *Padag.* v, et ex eo Tol. in. quia pro nobis factus est puer, et infans Patris. Pueros enim agnos vocamus. Verba Clementis sunt: « Quoniam Scriptura pueros et infantes agnos vocat, Deum qui est Verbum, qui propter nos homo factus est, qui nobis in omnibus assimilari volebat, vocavit agnum Dei, sicutum Dei, infans Patris. q. d. Christus est agnus Dei, id est Filius Dei. Agnum enim filium notat, sicut *Genes.* xlix, catalogus leonis dicitur ut significetur mystice Filium Dei, quod multi antiqui annotarunt: ita hic non ovem, non bovem, sed agnum vocat, ut hominem hunc significet esse Filium Dei, non Patrem, non Spiritum Sanctum. Porro, et infantem Patris, a Clerico iuxpropter dicitur: Christus enim aquila, Patri, eisque coevis, non recte dicitur infans Patris, quia Deus est. Nam qua homo est, recte id de dic potes. »

Joannem Baptistam sequitur Joannes Evangelista, qui Christum identem vocat agnum, miraque voce agnilem, adeo ut in Apocalypsi vigesies septies eum nuncupet agnum, uti videtur in *Concordantia Bibliorum*, Hinc et S. Petrus, spectam Christi innocentiam, redemptos nos fuisse dicit « pretiosi sanguine quasi agni immaculati. »

Os hasce ergo agni de Christo figuris et prophetis, vetus fuit mos Christum depingendi agnus specie, quem precursor digitu ostendit, ut dictum VI Synodus habita in Trello, Can. lxxxii, ubi et hunc morem retineri jubet, causamque addit:

« Ut per ipsum, aut (Agnum) Verbi humiliacionem, mente comprehendentes, ad memoriam quodque ejus in carne conversationis, eisque passionis, et salu nostri tis deduramus, ejusque ex officio est mundi redemptio. » Atque hunc usum Romanum et Latina Ecclesia semper retinuit, licet Greci ob calumnias iconoclastarum aliquando veterum Christum alia specie pingi, quam humana. Roma enim etiamque in aliis Ecclesiis Latinoribus, et in antiquis coemeteriis et sepulcris videre est Christum misivo opere pictum et sculptum quasi agnum, sed et ex cera sacra solita confici agnorum imagines in Ordine Romano a Gelasio collecto (ut constantius opinio est) ex antiquo ejus hodecise usu huc habentur: In eadem Dominica post albas, id est in Octava Pasche, infra civitatem Romanam dantur agni cerei ab Archidiacono in ecclesiis post Missam et communionem populo, etc. Haec quidem antiquitas in Ecclesiis Romana servata, nunquam postea intermissa, haec tenus perseveravit, » ait Cardinals Baronius, anno Christi 692, pag. 914. Nota hic usum agnorum eorum benedictorum, quasi usitatum et antiquum

Iandori a Gelasio, qui vixit ante annos 1100, puta sub annum Christi 500. Nimirum baptizati, cum ueste candidam in baptismum acceptam deponebant dominica in Albis, eius loco accipiebant hunc agnum censem a Pontifice benedictum, ut moneretur agnum Christum ejusque innocentiam baptismum acceptum, jugiter et praे oculis habere et conservare.

Eduo Sergius Papa, anno Christi 104, « statuit et tempore Dominici corporis, Agnum Dei, qui tollis peccata mundi, misere nobis, a Claro et populo decantavere, » ait Anastasius Bibliothecarius et ex eo Baronius. Ita nimirum voluit Ecclesia agni hujus ideam, memoriam, amorem, cultum innocentium jugiter nobis objecere.

Tempora tropologica per hanc anni speciem, de tempore Christi, quam si sit deorum, et eorum sit manu sculpta, quoniam ipsa sit forma et similitudine. Niimur Christus, Ita tollit peccata mundi, amat agnos, amat agnitos, et similes, amat agnitos, amat virginis, amat maritos, et iuxta miles; et per manus tuendinam facit eos non hostibus, omnibus tormentis, omnibus temptationibus superiores. Hoc est ergo secretum, quod peragnum nos docet Christus, nimirum manus tuendinam et patientiam, esse fidem suam in Iustitia defensio, nequa te alia in bello offensio levem, quibus omnia adversa, omnesque adversarii superantur, tunc subjunguntur. Mansuetudo enim non tantum vincit hostes, nec tantum superbit, iram, invidiam, impatientiam; sed et obdinem, iram, invidiam, impatientiam; uti docent Cassianus et priores ascetae; quin et ipsa veritas clare pronuntiat: « Beati miles, quoniam ipsi possidebunt terram, » Matth. cap. v, 4.

Er no cognovi, — scilicet, antequam mihi, o Domine, revelares, q. d. Non putabam eos fore tam nequam, tamque mili infestos, ut me nec destinare. Si allegorice, Christus non cognovit, quia qua homo, sive Patri revelatione non cognovit insidias Judeorum; secundo et potius, non cognovit, id est dissimilatum, quasi nesciret insidias eorum; tertio, non cognovit, id est ductus ad noctem nihil dicens, perinde, si non si cognovisset quo eum ducerent, sicut agnus, cum ad latienam ducitur, non queritur, non refutat, quia nescit quo eat; aliquo non ignorabat Christus quo duceretur, immo passionem et cruceum suum jam ante predixerat, Matth. xx, 18 et 19. Ita Hugo, Maldonatus et alii.

Vide, o Christiane, et imitate hoc agni immolati exemplum, hoc speculum jugiter speciale, et moribus exprime. Ita fecerunt omnes christiane perfectissimi studiosi, ab eoq[ue] didicerunt injuries, verba et verbula silenti et miti animo perfere. Audi exempla ex *Vitis Patrum*, lib. VII, cap. vii et viii.

Monachus quidam erat qui quanto plus enim aliquis injurabatur aut incitabatur, tanto magis id tam recurrebat, dicens: « Iste sunt qui nobis occidentur per lignum hoc, accepimus taxum, cuius lignum, folia, bacca, flores lethala esse doce Theophrastus, Plinius, lib. XVI, cap. x, Dioscorides, Galenus et alii: adeo, ut Plinius, ut qui o

casionem prebent ad perfectionem nostram; qui autem beatificant nos, decipiunt nos et semitam pedum nostrorum subvertunt. »

Alius non arguebat injuriantem, sed se, dicens:

« Quia propter peccata mea configunt milibet. »

Tertius, si quis ei detrazisset, mitiebat ei munera.

Quartus, Zacharias pallium suum conculeans, dixit: « Nisi quis sic fuerit conculeans, monachus esse non potest. »

Quintus, S. Antonius predixit Ammoni: « Multum habes in via Dei proficer. » Et educens eum de eccl. « Vade, inquit, et injuriae lapidem hunc, et indesinenter erede; » quod cum fecisset, rogavit eum S. Antonius, « si ei aliquid lapsi respondisset? » At ille dixit: « Non; » cui Sanctus: « Ita tu ad hanc mensuram pertineturus es, ut nullam tibi fieri arbitris injuriam. »

Sextus, lib. V, cap. vi *De fortitudine*, omnes injuries et tribulationes superabat, in his gratias agendo Dic: atque adeo « Deus, inquit, vienes patientiam ejus, abstulit omne bellum tentationis ab eo. »

Septimus, ibidem: « Virtus, inquit, monachi in tentationibus apparet. »

Octava, lib. S. Synecletica: « In tentatione, inquit, dicit: Castigane castigavit me dominus, et mortuus tradidit me. Si ferrum es, per adhucum tibi ignem amitis erigimus; si aurum es, per ignem probator eris. Memor esto istius: Transivimus per ignem et aquam; residuum est quod sequitur, ut indecamur in refrigerium. Obliviuisti primum, excepta secundum, agens que virtutum sunt. »

Talis agnus fuit S. Ignatius in vita et in morte. Vox eius in vita fuit: « Mansuetudinem volo, quia omnis vis principis hujus mundi enervator. » Vox vero in morte: « Frumentum Christi sum, dentibus bestiarum molar. »

Mittamus lignum in panem ejus. — Hebraice, *corrumpamus, perdamus, excidamus lignum*, id est arborem, in pane, id est cum pane ejus, id est cum eis et fructu suo, ait R. Kimchi, q. d. Occidamus Jeremiam, ut ipse pereat, et cum ipso propheta ejus tristissima, quasi Jeremias sit arbor excisa: panis, id est fructus ejus sit ejus doctrina, concio et mince, unde sequitur: « Eradicanus eum (quasi arborem) de terra viventium. » Hec expositi sat satis convenit Hebreos; sed dissentit a versione nostra cui consentiunt Septuaginta et Chaldeus.

Secunda, Chaldeus, S. Thomas, Hugo, Lyranus, Pagninus et Vatabulus, et *corrumpamus lignum in pane ejus*, per hypallagen vertunt, *corrumpamus panem ejus ligno*, scilicet veneno et mortifero, q. d. Toxicu et ligno veneno inficiamus ejus panem et cibum, et sic veneno eum perimamus: unde per lignum hoc, accepimus taxum, cuius lignum, folia, bacca, flores lethala esse doce Theophrastus, Plinius, lib. XVI, cap. x, Dioscorides, Galenus et alii: adeo, ut Plinius, ut qui o

dormiunt sub ea, moriantur. Unde Virgilius :
Ne propis tectis taxum sere.

Imo hinc Maldonatus, Calepinus et alii venenum dici putant *taxicum* a *taxis*, quasi taxicium; sed alii melius toxicum a *toxicis* id est sagitta, deducunt; et hoc est quod ait Plinius : « Suni et qui *taxica* et *toxicis* dicunt venena, que num *toxicum* dicimus, quibus sagittae tinguntur ut sint venenatae. Diocorides venenum hoc taxi tribuit nino frigori taxi, instar cicuta. Melius Mathiolus, in lib. VI *Dioscoride*, cap. xii, id tribuit nimo calori, quia taxus cortice et frondes habet amaras, bacca dulces et aeres, perpetuo viret, febres mortiferas et ova profluvia ciet, denique aviculae *Yondes* taxi depeste nigrescent, que omnia caloris nimis sunt signa, q. d. Taxi panem et cibum Jeremie inficiamus, excidamus et succidamus. Verum, quia lignum non solet imponi cibo, sed venenum; quod hebreaca *עַל* ros dicit, et quia omnes Patres hunc locum intelligentur de ligno crucis; hinc

Tertius et apertissime, « mittamus lignum in panem ejus, » ut scilicet loca panis, pascamus eum ligno, id est fuste aut cruce, crucifigamus eum. Sic vulgo dicitur : Fuste te cibabo, id est fuste tandem te, baculos gustabis, pugnos comedes. Vel, si veritas, *corrumpamus lignum in panem*, expone per hypallagen; *corrumpamus panem ejus in lignum*, id est pervertamus ejus panem, et mittamus in lignum, ut pro pane comedam lignum, id est fustes ad crucem; unde Syrus verit, *corrumpamus lignum in pane ejus, vel, depravamus lignum panem ejus*. Clarius Arabicus, *corrumpatur per trahere eum ejus, et per lignum fortitudi, vel vis gigantea ejus*. Sic enim apertissime hic Jeremias prophetat crucem Christi, ut eum facere docent S. Hieronymus et Theodoreus hic, et Justinus, *Contra Tryphonem*; Tertullianus, *Contra Judaos*, cap. x; Cyprianus, lib. II *Contra Judaos*, cap. xv; Ambrosius in *Titul. Psalm. xxxv*; *Gregorius*, lib. III *Moral.* cap. xii, et ali passim.

Quarto, Tertullianus, lib. III *Contra Marcion*, cap. xix, et Lactanius, lib. IV *Institut.* cap. xviii, per hypallagen sic exponit : « Mittamus panem, » hoc est corpus Christi, quod nobis est panis in Eucharistia, « in lignum crucis; » vel, ut Abbas Iacobinus hic : « Mittamus lignum in panem, » id est crucem in carne Christi, blasphemiam in doctrinam, detractionem in vitam, scandalum in religionem, ut nemo credit ei et doctrinam eius, quem videat esse crucifixum; sic et S. Thomas, Andreas, Capella et Maldonatus. *Ubi*

Nota : Verba Tertulliani haec sunt : « Hoc lignum (crucis) et Jeremias tibi insinuat, dictur prædictis *Judaos* : Venite, mittamus lignum in panem ejus, utique in corpus. Sic enim Deus in Evangelio que vestro revelavit, panem corpus suum appellans : ut et hinc iam eum intelligas corporis sui figuram pani dedisse, cuius retro cor-

pus in pane Prophetas figuravit, ipso Domino hoc Sacramentum postea interpretatum. » Quæ verba imperite et perverse torquent Calvinista contra veritatem corporis Christi in Eucharistia, cum eamdem manifeste stabiliant; dicit enim Tertullianus quod apud Jeremiam per panem intelligatur corpus Christi, quod in ligno crucis affixum fuit, atque addit Christum ipsum ita explicituisse prophetam Jeremie, cum de pane Eucharistie dixit : « Hoc est corpus meum quod pro vobis tradetur, » id est crucifigetur. Ubi elarum est per panem apud Jeremiam hic, non intelligi panem understandem, qui significet corpus Christi (ut volunt Calvinistæ), sed enim sequitur panem fuisse crucifixum, non autem corpus Christi. Quod ergo ait Tertullianus, « ut et hinc iam eum intelligas corporis sui figuram pani dedisse; » figuram assignat pani, ut patet ex verbis, non corpori, idque cogitare fateti Calvinus apud Claudium Sanctes in *Apolog.* *Contra Bezan*, pag. 139. Sensus ergo Tertullianus est, q. d. Christus in Eucharistia dedit corpus suum sub figura et specie panis, ut conformaret se prophetae Jeremie, eamque explicaret. Jeremias enim per figuram corporis Christi vocavit panem, dicens :

« Mittamus lignum in panem ejus, » id est in corpus Christi; hanc enim figuram que est in voce panem, explicuit et interpretatus est Christus, cum corpus suum in Eucharistia abscondit sub figura et specie panis (non neponis, vel alterius rei) de eaque dixit : « Hoc est, » non panis, sed « corpus meum. » Hunc esse sensum Tertullianum clarissime docet Pamphilus in lib. IV *Contra Marcion*, cap. xl, num. 662; quin et ipsi Centuriatores Magdeburgenses palam profitentur figuram apud Tertullianum non cadere in *voce corporis*, sed in *voce panis*.

20. *Tu autem, DOMINE SABAOTH*, *quoniam exercitum, Domine potissimum*, qui *JUDICAS JUSTE*, et *PROBAS RENES ET CORDA*, — qui exploras et penetras et pervides cuiusque affectus et cogitationis, item volunties et intentiones; renes enim sunt sedes affectuum et concupiscentie, illi cor est cogitationum : et quia voluntas fons est affectuum rationalium, intellectus cogitationum et consiliorum : hinc recte per renes accipias voluntatem et appetitum, per cor intellectum, quem senserunt Platonicus. Ex quibus Proclus, lib. De *Anima et demonie*, docet naturam et experientiam cuique attestari, quod Deus occulta cordium agnoscat. Quisque enim, ait, dum occulto cruciatu moratur, dolore, timore, amore, tentatione, afflictione, invocat Deum, quasi ejus conscientiam et inspectorem, opemque et liberationem ab eo effigilit. Idem eadem ratione evincit Tertullianus lib. *De Anima*. Hoc enim testimonium animæ connotatur, illi a Deo, qui prima est veritas, insitum est. Ex hoc loco S. Augustinus, in *Sententia*, numer. 21, recte infert eos qui judicant de secreta intentione proximi usurpare judicium Dei, et peccare judicio temerario : « De occultis, inquit, cor-

de silenti temere judicatur, et eum cuius non vindicatur nisi bona opera, iniquum est ex suspicione reprehendere, cum eorum que hominis sunt incogniti, solus Deus iudex sit; quia justus est et inspector verus. »

VIRGIL (fa ut videam) *CLITIONEM TEAM*, — id est a te protegant; *secunda*, « tuum, » quia ego causam meam tibi revelavi, id est revelo, committo, et in te transcribo, in te omnibus meum omninemque injuriam resigno : ergo et ulciscere non tam meas quam tuas injurias illatas ab Anathothitis civibus sed hostibus meis; idque opto ex justitia zelo ad aliorum exemplum, non ex odio aut vindicta cupidine, ut optavit et David *Psalm. xcii*, 2. Praetare S. Augustinus, in *Sententia*, Sent. 243 : « De benevolentia, inquit, est, non de malitia, cum letatur justus in impiis processione vindictam; quia non ex exitu peccatoris placet, quem voluit corrigi; sed justitia Dei, qua scit multos posse certi. »

21. *UER Dicit DOMINUS*, — haec dico ego. *Hic* enim Dominus hic de se in tercia persona loquitur, q. d. Quia tu, o Jeremias, mihi revelasti et commendasti causam tuam, faciam quod a me nefis, et omninem de Anathothitis hostibus tuas sumnam.

NON PROPHETANS (ne prophetes) IN SONNIS DOMINI (sed in nomine Baal, ut nos; vel potius, ne prophetes in nomine Domini, scilicet tantas calamitates nobis immisere), ET NON MORIERIS, — non occidens te: loquare nobis placenter, et paremus tibi.

22. *RELIQUIA NON ERUNT EX IS*, — delebo omnem propaginem et posteritatem Anathothitarum. Loquitur de impiis tantum et sceleratis, qui Jeremiam ad necem persequuntur: nam aliqui promisi Deus, cap. iv, vers. 27, se consummationem non facturum.

ANNUM VISITATIONIS, — annum punitionis et exercitii.

CAPUT DUODECIMUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Jeremias cap. præced. a suis Anathothitis tot mala et necis insidiis passus, miratur se et alios innocentes tota mala pati, cives vero suos et alios impios bonis affluere. Respondet Deus, vers. 3, ut sit majori animo, cum adhuc graviora passurum in Jerusalem, se tandem cum alii gentibus dirissime punitur. Denique, vers. 14, hostibus quoque *Judaborum* minatur excludi.

1. Justus quidem tu es, Domine, si disputem tecum; verumtamen justa loquar ad te: Quare via impiorum prosperatur; bene est omnibus, qui pravaricantur et inique agunt?

2. Plantasti eos, et radicem miserunt: proficiunt, et faciunt fructum: prope es tu ori eorum,

(1) Hoc caput esse præcedentis continuationem, affirmani posse existimamus. Nec interpretes non omnes illud conjungunt cum his quæ præcedunt et sequuntur. Nam Eichornius et Dahler inde a versa 18 cap. præced. usque ad versus 13 hiujus capituli unam continuam orationem contineri existimant. Schnurrerus, in *Observat. ad vaticinia Jeremias Comment. theologic. vol. III*, p. 376, scribit illam quia sex prioribus capitulis xii versus absolvitur orationem, sed amplioris orationis partem quandam reliquam, non magis ea, quæ præcedunt, attingere, quam ad ea respicere, quæ nullo intervallu requiriunt, sed sola et a proximo sermone sequuntur, spectandam esse. Interpretum vero plures, inter quos Vetus, malorum denuntiationem, supra xi, 17, compitam, sed insidiarum propheta ab Anathothitis structarum mentione interruptam (x, 18, xi, 6) hac percepit concionari existimant. Denique Rosenmüller particulam superiorum (xi, 1-6), neque cum in quod præcedunt, neque cum his quæ sequuntur cohærente, adeoque a reliquo separantur esse assertit.

Nos multo probabilitatem sententiam amplectimur quæ hoc caput, ut unam continuam orationem, cum superioribus metit, et juxta illam, totam hiujus capituli sectionem sic statimur. Cum duo essent quæ Jeremiam excruciant: alterum, quo nefarios homines videret continua imponit, et reliquo separantur esse assertit.

Non multo probabilitatem sententiam amplectimur quæ hoc caput, ut unam continuam orationem, cum superioribus metit, et juxta illam, totam hiujus capituli sectionem sic statimur. Ut ipsi de eo tollendo cogitant, 5, 6; secundo, terram Judaciam, barbaris hostibus depopulatam et vastandam se permisurum, 7-13; tertio, tum vero se et in populus Judeis vienes, qui cum prius eis auctores ad idololatriam cultum extiterint, in eorum terram in nos intollerant, graviter inimicaverunt, 14; quarto, utrisque spem facit quod illorum omnium misertorum et in suam quamque terram revocaturum esse, 15; sed ad populos quod attinet, ea sub conditione, ut Dei cultu-

et longe a renibus eorum. 3. Et tu, Domine, nosti me, vidisti me, et probasti cor meum tecum : congrega eos quasi gregem ad victimam, et sanctifica eos in die occisionis. 4. Usquequo lugebit terra, et herba omnis regionis siccabitur, propter malitiam habitantium in ea? consumptum est animal et volucere, quoniam dixerunt: Non videlit novissima nostra. 5. Si cum pedibus currēs laborasti: quomodo contendere poteris cum equis? cum autem in terra pacis securus fueris, quid facies in superbia Jordanis? 6. Nam et fratres tui, et domini patris tui, etiam ipsi pugnauerunt adversum te, et clamaverunt post te plena voce: ne credas eis cum locuti fuerint tibi bona. 7. Reliqui domum meam, dimisi hereditatem meam: dedi dilectam animam meam in manu inimicorum ejus. 8. Facta est mili hereditas mea quasi leo in sylva: deo contra me vocem, ideo odivi eam. 9. Numquid avis discolor hereditas mea mili? numquid avis tincta per totum? venite, congregamini, omnes bestie terre, properate ad devorandum. 10. Pastores multi demoliti sunt vineam meam, conculaverunt partem meam: dederunt portionem meam desiderabilem in desertum solitudinis. 11. Posuerunt eam in dissipationem, luxit super me: desolatione desolata est omnis terra: quia nullus est qui recognitet corde. 12. Super omnes vias deserti venerunt vastatores, quia gladius Domini devorabit ab extremo terra usque ad extremum ejus: non est pax universi carni. 13. Seminaverunt triticum, et spinas messuerunt: hereditatem accepérunt, et non eis proderit: confundemini a fructibus vestris, propter iram furoris Domini. 14. Haec dicit Dominus adversum omnes vicinos meos pessimos, qui tangunt hereditatem, quam distribui populo meo Israel: Ecce ego evellam eos de terra sua, et domum Iuda evellam de medio eorum. 15. Et cum evulsero eos, convertar, et miscerob eorum: et reducam eos, virum ad hereditatem suam, et virum in terram suam, 16. et crit: si erudit̄ dicerint vias populi mei, ut jurent in nomine meo: Vivit Dominus, sicut docuerunt populum meum iurare in Babilonia: adficebuntur in medio populi mei. 17. Quod si non audierint, evellam gentem illam evulsione et perditione, ait Dominus

1. JUSTUS QUIDEN TU ES, DOMINE, SI DISPUTES TECUM, — id est justior es, quam ut debeam tecum disputare, et scio quod post omnem disputationem vincere, et justus apparebit: tamen pace tua, licet mihi afflito affectui meo nonnulli inulgere, atque proponere justam meam, ut mihi videatur, expostulationem et querelam: cur scilicet impī prosperentur, pii affligantur. Eamdem questionem movent Job cap. xxi, vers. 7, David Psalm. xxii, 3, Habacuc cap. 1. Idem questi sunt gentiles, ut Claudianus scribens in Ruffinum; Ruffinus enim hic humili loco natus insinuans se in gratiam Theodosii Imperatoris ad summos honores evenitus eos impotenter et tyramnicus gessit, coque perenit arroganticus, ut generum habere conareretur Arcadios Imperatorem; immo haec via Imperium sibi assumere moliretur. Quare eadem die qui ab Arcadio se Imperii consortem declarandum putarib; se aggreget, 16, quam si recusent, eos extirpando esse. 17.

Ad illud tempus referenda videtur huc prophetia, quo Iudea magna terra siccitate laboravit, ut ostendit vers. 4. Eam calamitatem, de qua Jeremias et infra vers. 13 Iujus cap. et cap. xiv. 1, 3, queritur, regnante Iosia incisore, colliguntur inde, quod et supra, cap. u. 3, v. 27, omnes conclusiones sub Iosia huius fuerint, magna discrepantia: ergo plus defectu orta, ut mentio,

bat, ab exercitu, quasi proditor Imperii, circumdatus, disceptus, et in frusta dissecatus est. Unde Claudianus ex Buffini supplicio agnoscentes superesse esse providentiam, de qua antea dubitabat, ita canit :

Absoluti hunc tandem Raffini peccata tumulum,
Absolvique deos, jam non ad cultum rerum
Iejustos crevisse queror: tollantur in altum
Ut lapsi gravore ruant.

Ita multi etiammicti adversis, divinis Providentiae spem, et mox fidem abieciunt, dum vident et considerant eos acris fortune aerisitatem affligi, qui virtutis magis studuerunt. Quocirca illud Herculeum sepe in ore habent: « O infelix virtus, itane, cum nihil quoniam nomen esses, ego te tanguum aliquam exercui, cum tu fortuna servieris? » Ita super Anglus quidam concludebat Orthodoxos Romanæ fidei Deo nec caro, nec cures esse, quod eos misere in Anglia vexari, incarcernari, bonis et vita privari permittat. Auditi et Hollandi calvinistam ita ratiocinarent: Calvinistis in Hollandia favet Deus; nam eos pace et opibus abundare facit: ergo habent ipsi veram Dei fidem et cultum; nec enim credibile videtur, quod hostibus suis et hereticis ita faveat Deus. Pari modo conclusisset turcismum et ethanicum

esse veram Dei religionem, eo quod Turco et ethanis Imperatoribus tot victories et regna concesserit, et etiam omnium concedat Deus. Providentius et modestius Cato videns Pompeii res infelicitate suscurre, et victoriam ad Cesarem inclinare, dixit: « ubi rabus divini multum esse obscuritatis, et quod Pompeio proter fac res suas promoveni omnia prospere; justam vero reipublicae causam tenet sine omnia evenirent. »

Ex hac ergo proborum infelicitate et improbatione felicitate ortus est triplex gentilium error: Primum deos negantur, ita illius qui canit :

Marmorei Lictus tumulos jacet, at Catō parv,
Pompeius nulo: credamus esse deos?

Secundus esse quidem deos, sed terrena et humana non curare. Ita sensit Plinius, lib. II, cap. vii: « a lepidum, ait, est agere curam rerum humanarum illud, quidquid est, summum. » Et causam addit: « An tam triisti atque multiplici ministerio non pollui credamus, dubitemus? » Qui respondet Clemens, lib. VII Strom., Deum non pollui haec omnia nec distrahi: quia cum summa quiete et placidissime haec omnia agitat; quia ipse est totus inens, totus lux, totus os, omnia videns, omnia audiens, omnia sciens. »

Tertius fuit Balbi Stoici apud Ciceronem, lib. II De Natura Deorum, « Deum singulos homines curare; sed magna, ait, di curant, parva negligunt. »

Hos refallit Plato in Epinom. ubi toti suo de eius sermoni hoc fundamentum praestruit: « Quod curerit omnia, magna sint ea parva. » Et Seneca, lib. I De Providentia, docet nihil esse a causa, sed occultum aliquid divini consilii esse, a quo omnia que fortinā videntur, diriguntur. Et Cicero, lib. II De Natura Deorum, docet a materie universi fieri ex moderatiori esse divinam Providentiam. « Pulcherrime vero Epictetus, lib. I Dissertat., cap. xii: « Sunt, ait, qui negent ultum Numen esse. Sunt qui esse docunt, sed ignoramus, incuriosi et nulli rei provideri. Sunt tertii, qui et esse, et providere, sed non nisi magnis et celestibus, terrenorum autem nulli. Quarti, et colestibus et terrestribus, sed universi duntaxat, non autem singulis et unigenitis seresci. At quinti, in qua parte Ulysses et Socrates, assertur statimque quod te, o Deus, nec in milite motu lateam aut fallam. » Ita et Cicero loco citato asserit « non universo genere hominum solum, sed etiam singulis a diis immortalibus consulit ac provideri; » additique: « Stoici Dei majestatum usque ad apium fornicaterumque perfectionem deducunt. » Causam dal noster Damascenus: « Necesse est, ait, euendum esse conditorem rerum et administratorum; neque possunt aut debent dividii. Sic enim imbecillitatem alterius esset obnoxius, quasi aut iste condere non posset, illi non administrare et conservare. » Aurea est gnome S. Augustini in Sententia, num. 58: « Voluntas Dei est prima et summa

causa omnium corporalium spiritualiumque motionum. Nihil enim fit visibiliter et sensibiliter, quod non de invisibili et intelligibili summi imperitoris aula, aut jubearat aut permittatur, secundum ineffabilem justitiam premiorum atque penarum, gratiarum et retributionum, in ista totius creature amplissima quadam universaque republica; » et num. 41: « Mutabilitum omnium dispositionis immutabile ratio continet, ubi sine tempore si mul sunt, que in temporibus non simul sunt; » et num. 140: « Nullum Deus vel Angelorum vel hominum crearet, que malum futurum esse prescisset, nisi pariter et quibus eos usibus bonorum commendaret, atque in ordinem seculorum quasi pulcherrimum carmen, etiam ex quibusdam pulcherrimis antithesis honestatibus; » et num. 239: « Interdum Deus per malos credit bonos, et per temporalem potentiam damnandorum exerceat disciplinam liberandorum. »

VERITATEN JUSTA LOQUAR. — Hebr. iudicis loquar; Chaldaeus vertit, interrogacionem judicis interrogat a facie tua, id est postulo a te causam et rationem iudicij tui. Sic ait Job cap. x, vers. 2: « Indicta mihi enim me ita iudices. »

2. PLANTASTI EOS, — stabilivisti eos, sicut arbres quae plantantur.

PROFLIGUNT, — deditis aucti, ainit Chaldaeus, S. Thomas, Vatablus, et prolibus, ainit Septuaginta.

Prope es, — id est, ut Chaldaeus, assidue te habent in ore; at in renibus, id est affectibus, mente et voluntate impura eorum non habes locum; secundo, a Castro sic explicat, q. d. « Prope es in ore eorum, » scilicet tribens illis ad eos, id est ad nutum pro votis, quidquid desiderant et petunt; et longe es a renibus eorum, quia nec modico flagello tangis terga eorum, » Thren. iii, 13.

3. ET TU, DOMINE, (q. d. Nostri Domini), ET RABASTI (id est expertus es) COR MEU — esse parum, quodque te, non solum in ore ut impii jam dicti, sed et in corde habeant, cupiens tibi per omnia obsequi et placere: cur ego ergo angor et ab eis affligor, illi autem pace et bonis fruuntur?

CONCERGA, — collige et cumula eos bonis, hisque eos sagina quasi oves ad viificium. Solent enim oves, cum maclanda sunt, in ovile congregari ibique saginari: ita S. Hieronymus, Rabanus, Hugo, S. Thomas; sed hebreo est ~~in~~ ^{per} hattiken, id est, ut Vatablus, extrahit eos ad lanienam.

SANCTIFICA EOS, — q. d. Constitue diem exaudi, justitiae tuae sanctum, in quo eos quasi victimas occides, et tuis justitiae immoles. Sic enim ait Poeta: « Et me destinat arcu. » Sanctificare enim est consecrare et dedicare Deo. Vide dicta cap. vi, vers. 4.

Secondo, « sanctifica, » id est separa, separe « eos » quasi rem sacram (ne quis eam tangat aut ad alium usum applicet) ad diem occisionis, quas ad diem sacrificii Deo pergrati.

4. USQUEQUO LUGEBO TERRA? — id est sterilis erit

et horrida more lugentium, q. d. Quousque feres, Domine, ut impii sceleribus suis terram corrumpant, excidium per Chaldeos et sterilitatem illim a te benedictos inducent, ut nec volucres possint eam incoller? ait S. Hieronymus. Tanta enim est eorum impietas, ut negent tuam providentiam, dicentes te non videre, id est non curare novissima nostra, id est, ut Chaldeus, finem nostrum, puta mortem, vastitatem, excidium, que nomine Dei minatur nobis Jeremias. S. Hieronymus, Rabanus, Hugo, vel, ut Lyranus et Vatablus, q. d. Non puniet nos Deus in novissimo, id est post mortem, quia anima cum corpore interibit.

5. SI CUM DILECTIS CURRENS LABORASTI (Syrus et Arabicus, ut defatigant te), QUOMODO CONTENDERE POTERIS ET EQUIS? — Est adagium, quo utebantur in eos, qui cum minoria prestatre non possint, majora tentant; aut qui cum minoria mala non ferunt, majora forte debent, q. d. Si tui cives Anathothi tibi ita molesti sunt, ut vix feras, o Jeremia, quomodo feres insultus nequissimorum Hierosolymitanorum, cum suu rege et principibus? q. d. Animis cape, parva tulisti, majora feras. Ita Chaldeus, Lyranus, Vatablus, et patet ex sequenti; sequitur enim: « Cum autem in terra pacis securus fuisti, » q. d. Videbaris tibi in terra et patria tua in pace securus versari, et tamen cupiuit te ibi occidere; quid ergo tibi expectandum erit: « in superbia (Syrus, in vi et fortitudine; Arabicus, in abysso, id est summa profunditate) Jordani? » id est in Hierosolyma, ubi sunt homines superbi et tumidi instar intumescentis Jordani, ita Lyranus et Vatablus.

Est parsimnia, sive proverbium eodem spectans quo precedens curruntis cum equitibus. Proverbialiter enim « terram pacis, » vocat quietam et pacificam Jeremie patriam Anathoth, « superbiam vero » Jordani « vocal superbos Hierosolymitas, Jordani enim, quia estate intumescit, et quasi superbit; hinc apud Iudeos proverbiali et vulgaris sermone significabat superbos et inflatos (1). Hunc esse sensum patet ex precedentibus

(1) « Quid facies in superbia Jordani? » Quod non nulli de exannatione Jordani intellegunt, quae tempore nesciis fieri solet. Sed vere observavit Schnurrerus בְּנֵי יַהֲוָה וְבְנֵי כְּרָמִים נֶצֶן וְנֶצֶן et decus Egypti. « Jordani pergit, fluvium arboribus virginitatis bene oblitum fuisse, et locus decet, IV reg. vi, 1-7, et affirmat, qui terram Iudeitam peristrumentum, complices, velut Mamphilius, qui ripam fluvii interiorem arboribus variis generis fructibusque ita constata vidisse se referit, ut homines quidquam nisi qui sylvam pervassisset conspiceret hand posset. Eiusmodi virtus et umbrosa ripa, quam vix possit non placere oculis, atque haud exiguum hominis ornancementum haberi; quidam poteris, ora Jordani, vel universo, vel parti, que amazor esse videferat obtigitus appellationem decus, hoc est meos Jordani, ipsaque formulam sensim ita abisse in consuetudinem, ut vulgari etiam sermone usurparetur ad ripam Jordani significandam; non quod nomen **נֶצֶן** ipsam ripam significacionem haberet, sed quod

et sequentibus. Sequitur enim: « Nam et fratres tui, et domus patris tui, etiam ipsi pugnaverunt adversum te. » Similis schemata Ezechiel, cap. xvii, vers. 3, magnificam Judeam et Jerusalem vocat Libanum, superbum vero Nabuchodonosorem vocat aquilam grandem magnarum alarum. Posse quoque per superbiam Jordani accipi Chaldei, aliquid hostes Judeorum, ut mox dicam, quasi dicas: Si in terra tua a tuis tanta patris, quanta patieris cum superbi Chaldei aliquid hostes vestri te tuos invadent integro totoco mortem, quia anima cum corpore interibit.

Respondet enim haec Deus querelae Jeremie, ut habet Chaldeus, cur scilicet impii prosperentur, et dominentur pisis, eosque affligant, ut ipse a suis civibus affligatur; respondet autem incrementando et erigendo illum ad majora certamina, et ut alioso providenter Dei et iudiciorum ejus inscrutabiliter exerce se submitat.

Tropologicie, « est cum pedibus, » etc., id est, si visibilibus hostibus, scilicet mundo et carni, cum difficultate restituti, quomodo equitibus, id est demonibus invisibilibus, fortissimis et velocissimis, resistes? Rursus, si inferiorum contradicitione ferre non vales, quomodo prelatorum et principum infestations sustinebis; disse ergo superare minora, ut assuecas superare majora. Hinc apposite Capela et Delrio, adagio 836, hoc proverbium adaptans illis, qui cum se et familiam regere nequeant, ambitum prelaturas, voluntique Ecclesias et respublicas gubernare. Hugo adaptat nonnullis religiosis, qui cum multis in seculo pietate et austeriori vita sint inferiores, certare volunt cum veteranis, parique passu cum eis incidere.

Secundo, S. Hieronymus, Theodoretus, Rabanus, Hugo, S. Thomas haec accipiunt, quasi loquatur Deus aut Propheta plebi Judeorum, q. d. Si cognati tui, vicini Ammonites et Idumei, qui pediles pugnant, tibi sepe tantum cladem inferulant; quomodo resistes Chaldeis equitibus, et pedes cures cum eis, quando te trans Jordani intumescens fluctus in Chaldaem abducant? Sic et Sanchez, qui tamen haec refert ad finem primi praecedentis, tunc per superbiam Jordani apposite accipit numero et gloriros hostes Judeorum, puta Chaldeos, qui sibi sociarunt Ammonitas, Moabitas et Idumeos Jordane a Iudeis divisos. Hi dicuntur « superbia Jordani, » tum quia transeunt.

Jordani ripa talis esset et habetur qua superbio posset fluvius. At quod idem Jordani nomen feras quaque et leones maxime recuperet in suas latroras, quod intelligitur ex loco Zachar., cap. xi, 3, ubi leones ruges dicuntur, propterea quod vastatum sit nomen Jordani, hinc factum est ut formula decus Jordani transire ad illam usum quo significaret habitacula leonum, veluti lustro, quemadmodum **כְּלָבִים** carnet transferatur ad significandum tractum quicunque auctoritatem et feraciorem, infra cap. xxi, 19, et 44, dicitur universus de leonis lustro, quemadmodum **כְּלָבִים** carnet transferatur ad significandum tractum quicunque auctoritatem et feraciorem, infra cap. xxi, 23. (Schnurrerus in opere jam citato.)

tes Jordane ut Judeam invaderent, eum tantum militum et equitum copia intumescere, et quasi superbere fecerunt; tum quia ipsi quasi superbis Jordani, seu tanquam Jordani intumescens, alveumque egressus et agros inundans, totam Judream, omnesque ejus agros vastarunt et populari sunt. Sie cap. xix, vers. 19, de Nabuchodonosore a Judea subiecta pergent contra Ammonitas et Idumeos, ait: « Ecce quasi leo ascendet superber Jordani ad pulchritudinem robustam. » Sie alibi sape hostiles copias vocali Scriptura fluens exundans, quod violenter segetes domosque sternit, ut Isaiae viii, 7, et lxx, 19; Jerem. cap. XLVI, vers. 7.

Terrio, Isidorus exponit, q. d. Deus : Nesciebas consilia et secreta tuorum civium volentium te occidere, et quomodo vis scrutari et scire consilia mea de felicitate impiorum?

Quarto, Chaldeus exponit, q. d. Si ego Deus Nabuchodonosori et impis Chaldeis quasi pedibus meis tot bona contuli, quid faciam patribus tuis, qui quisque si cuocurrerunt in mea servitute et obsequio? nimur, propero eos vobis eorum filios largas impatar beneficaciones, instar aquarum exundans in Jordane.

Sic moraliter, si Deus suis hostibus, ut Neroni, Decio, Diocletiano, in haec valle facrymarum tantum dedit gloriam; quantum dabit suis filiis in die triumphi et nuptiarum? ait S. Augustinus. Primus sensus maxime est genuinus. Porro nonnullus illa esse agiles, ut curus certe eum quis, certum est. Id enim faciunt Hiberni, qui se asciunt cursu et lucta exercunt. Sic de Camilla canit Virgilius, Aeneid. XI :

Hoc fatur virgo, et periculis ignea plantis
Transit equum cursu.

6. NAM ET FRATRES TU, — cives tui Anathothi pugnauerunt contra te. Hie versus confirmat primam expositionem vers. praeced. datum. Alter S. Hieronymus: Fratres, inquit, id est Moabites, Idumei, et, ut Theodoretus, aliqui Judei profungi in castris Chaldeorum: hi enim cum eis contra patrem suum Jerusalem pugnauerunt; ut te respiciat Jerusalem. Verum ostial, quod sermo praecedens respectat Jeremiam, non Jerusalem.

CLAMAVERUNT POST TE PLENA VOCE. — Vatablus verit: *Coneccorunt post te plenitudinem*, id est turbam civium, ut te perseguantur.

7. RELIQUI DOMINI MEA (id est templum), DIMIDIATREDICITATEM MEAM (id est Judeam et populum Iudeorum, qui erat quasi hereditas Domini), DEBILICESTAM ANIMAM MEAM. — Id est templum et urbem Jerusalem, quam tanquam animam diligebat; hebraice est, *de li dictionem animae meae*, id est urbem quam toto anima affectu diligebat, obsecrare ejus tridici in manus hostium Chaldeorum. Haec S. Hieronymus, Theodoretus et Chaldeus. Patet enim haec esse verba Dei. Est enim hic cre-

bra enallage et commutatio personarum, ut est interlocutorum in scena.

Allegorice, Christus dereliquit templum et Iudas, cum animam suam in passione eis crucianam fradidit. Ita S. Hieronymus, Theodoretus, Rabanus et alii. Unde sequitur:

8. FACTA EST MIHI HEREDITAS MEA, — q. d. Ut homines in silva auditio rugitu leonis fugunt: sic ego, ait Dominus, populi Iudeorum prius mitis et obedientis, iam vero ex conversatione cum idoliolatis contra me rebellis, atque in pauperes et Prophetas innocentes sevientis et rugientis instar leonis (qui urgente fame neminem, quantumvis beneficium, agnoscat, sed obvia quevis ritecum dilacerat), blasphemis vocibus conatus, eum reliqui et odivit; tum tempore Jeremie, tradidit eos Chaldeis: ita Chaldeus, Hugo, S. Thomas, Lyranus et Vatablus; tum maxime tempore Christi, cum magnis vocibus ipse quasi leo petui cum crucifixi: ita S. Hieronymus, Theodoretus, Rabanus et alii. Simile dixi Isaiae xv. In leone nocturna sevientis et ignoratio ingrati populi, qui Deo rebellavit, ne si nulla ab eo beneficia accepisset, atque in ejus Prophetas sevit (1).

9. NUMQUID AVES DISCOUN? — Nota: S. Hieronymus pars *avem discolor et tinctam per totum*, accepit pavonem, eoque significari putat pulchritudinem Israelis, quem tanta era, ut nihil esset bonorum, quod non cerneretur in eo. Sic et Rabanus, Hugo et S. Thomas, q. d. Hunc pavonem deplumate et devorate, o bestie, id est Chaldei, quia superbus mihi est et rebellis.

Hic accedit Sanchez, qui sic explicat: Numquid haereditas mea, quam frenementum audio, mihi eam voluptatem praebuit, quam preberet solet Domino suo discolor avis et varia macula mixta (quam proinde Martialis, lib. V, epigram. 104, vocat gutturalis, qualis est pavos, psittacus, etc.), atque vocalis et canora, ut eam non oderim? Nonne pro suavi cantu frenementum instar leonis edidit contra me? Unde sequitur: « Venite ergo, congregamini, omnes bestias terre, properate ad devorandum. » In pavone notatur Israelis ostentatio pulchritudinis, ejusque inconstitania: pavone enim cadae syrnale expanso ocelli pulcherrimus variegata et intumescent; sed dum pedes fuscis intuetur, respectat Jeremiam, non Jerusalem.

(1) Viam ad genuinae hujus loci sensum erendum primum, inquit Rossmuller, monstravit Bochartus Hieroz., part. I, lib. III, cap. u, tom. II, qui nomen *נֶצֶן* non solum de avibus, « erum et de ferae bestiae observavit (cf. Ezech., xxxix, 1), et **נֶצֶן** hieronem esse docuit, collato texu Arabic, quomodo et Graecus Alexandrinus verit. Hinc versus sic interpretatur: *An igitur est forax rapax hyena, hereditas mea erga me. An est forax circumque super eam?* Id est: num Iudei, quos in filios et heredes adoptaveram, usque adeo omnem sensum humanum perdidissent, ut hyenam instar sint, cum moribus effectionibus, quam illi barbari, immo quam rapacissime bellus utantur? Haec est omnino; jam fera sunt, non homines. At ego in feras illas, alias feras immittam, Chaldeos, a quibus terra desolabitur, quod dicit sequens apostrophe, *venite, congregamini*, etc.

syrra demittit et detumescit. Unde Martialis, libro XIII :

Miratis quoties gemmantes explicat alas.

Rorsum in motu pannas nunc contrahit, nunc expandit, idque crebro et varie; quoque « est multificolor, et discolor, et versicolor, nunquam ipsa, semper alia, et semper ipsa quando alia, tales denique mutanda quoties movenda, » ait Verullianus, lib. De Patico, cap. II.

Unde tropologice Hugo pavone hoc versicolori representari censem mulieres menses, stibio et corusca facutas et tomidas. Item hypocritas, qui exterius speciosi videntur, cum interior turpis sint et fodi; hi enim quasi pavo circumspicant et ostentantse.

Secundo, valde apte « avis discolor et tincta, » est avis peregrina, variis coloribus distincta, et insolentibus plumis ornata, verbi gratia, noctua rubris maculis aspersa, quam proinde alias ave maximae ferae et rapaces, que hic « bestiae » vocantur, invidentes persequuntur, ut explicit et devenit, q. d. Pari modo aliæ gentes persecutæ sunt et persequuntur Judeos, idque fidelis Deus ulciscens, et eas advocante ac dicente : « Venite, congregamini, proparate ad devorandum. » Nota : Vox discolor significat inconstantiam Israëlis, quod modo Deum, modo idola coleret. Ita D. Thomas, Kimchi et Capella. Alludit indeplorabile avium, que concordes amant, cum cisque volitant, discolores oderunt et persequuntur. Simile enim gaudet simil, et similitudo est conciliatrix amicitiae, dissimilitudo inimicitiae, ait Aristoteles. Hinc proverbia : Graculus assidet graculo, cicada cicadæ caræ, formica formice, avis asino, sus sui pulcher ; furum cognoscit, ut lupus lupum.

Tertio, a Castro per eum hunc accipit corniculam. Escipiam, quia cum se affarum avium plurimi induisset, unquamque suam pluram repetente, nuda remansit, de qua Horatius, libro I, epist. 3 :

Ne si tote suas repetitum venerit olim
Grex avium pluma, moveat cornicula risum
Furvis nuga coloribus.

q. d. Pari modo Judei, sua bona gentibus, scilicet Chananeis, eriperunt; sed Deo ob scelerâ Judæorum permittente, gentibus, scilicet Chaldaeis et Chananeis, ea bello repetentibus, Judei nudi uti ante fuerunt Chananei.

Quarto, eniūs et Isidorus vertunt : Num avia tincta sanguine, id est Nabuchodonosori sanguinario, data est hereditas mea, scilicet Israel?

Quinto, Lyranus vertit : Numquid avis sanguinaria, data est hereditas mea, scilicet Israel?

Sexto, Forerius in Isaie XLVI, 11 : « Comparat,

ait, hic Jeremias Judæos avibus rapaciibus, insinuans quod, sicut illi quasi agmen avium ferale involabunt in Dominum; ita quoque hostes eorum, quasi agmen avium ferale invictarum sanguine, involutari erant in eos. Nam præcessit, quod quasi leo dedidisset vocem contra Domum. »

Denique Septuaginta vertunt : Numquid spelunca hyena hereditas mea est mihi? q. d. Sicut ad speluncam solent congregate hyene sevas et immundie, ut cadavera mortuorum devorent, sic Chaldaei ad Iudeam convenient, ut sanguine civium et cadaveribus occisorum saturentur. Jerusalem recte comparatur speluncam hyene sevas et voracis, quia instar illius plena erat et putida cadaveribus Prophætarum et innocentium, quos occidebat. Porro Septuaginta vertunt hyena, quia Hebrew tsan per zain, arabice significat hyenam, idemque est quod Hebrew tsat zeb, id est lupus; hyena enim est lupus similis, et lupi quasi species, uti dictu Habbacuc 1, 8. Verum Hebrew hoc loco habent yesh tsabua, per tsade (non per zain), id est avis tincta, ut melius verit Noster et alii passim. Ex hisce sensibus secundus maxime genuinus est, deinde primus.

10. **PASTORES MULCI** (id est reges et principes, quos sibi junxit Nabuchodonosor) DENOLITI SUMI SINEAM MEAM,—id est Judeam. Sie enim hostes vocavit « pastores, » cap. vi. 3. Pastores enim non solent in suis vicinis greges pascare, sed vineas si optent, alienas invadere. Ita Rabanus, Hugo, S. Thomas, Lyranus, Vatablus.

Allegore hi « pastores » fuerunt Titus et Romanæ evertentes Jerusalem. Ita Theodorus. Alter haec ad litteram accipit idem Theodoreus, Rabanus et Hugo ; scilicet de pastoriis Iudeorum, q. d. Pastores, duces, principes ac sacerdotes populi, suis sceleribus et malis consilis perilderunt Iudeam; hosce enim vocavit « pastores, » cap. n, 8 et cap. x, vers. 21; sed prior sensus est aptior.

Unde nonnulli allegorice per *pastores* hos accipiunt hereticos, qui Ecclesiæ devastant, et signanter vocantur « multi, » quia dum ab uno pastore et doctore Christo abeunt, in variis et contrariis sectas dilabuntur; dum scilicet superbunt, et unus alius sequi dederunt, vulnus ipse esse magister, et agmen discipulorum post se ducent. Ita Aris gradus quosdam in Deo constituerunt, minoremque asservens Patre Filium, Christum nobis sine vera divinitate reliquit. Sabellius cum uni unius Deo personam esse ex natura unilate colligeret, Patrem quoque patum passumque asservat. Ne torius duas in Christo personas aquæ ac naturæ constituent, B. Virginem Christotoccon, i.e. i. Christoparam, non Theodoren, id est Daiphron, esse docuit. Apollinaris in Christo negavit animam aut meatem, quod ejus vicem abunde a deo ipsa suppleri diceret. Ealyches in Christo quæ naturas ita unitas censuit, ut ex duabus una

remanceret, nullo modo alterius existente substituisti; quasi que sine alterius consumptione aut separacione fieri non posset. Pelagius graue Christi in eius morte preparatam respuit medicinam, dumque parvulorum nascentiam negat peccatum, et sub diabolo captivitatem, Christum non credit eorum esse redemptorem. Valentinus statuit Christum corpus de celo attulisse, per virginem quasi per canalem transisse. Manes illud dixit esse passum et mortuus negoti.

PORITIONE MEAM (hereditatem meam) DESIDERAVIMUS, — speciosius, uberm, invidendam.

Tropologice, talis est anima fidelis. Vide ergo quam ea sit Deo cara et pretiosa; vocat enim eam hic « portionem suam desiderabillem, vineam suam, animam suam, » quam unice diligit, tunc et ornat. Qui ergo eam peccato polluit, Deoque eripit, et damnum incepit, Deo summe injurias et exosus est : « Si quis templum Dei violaverit, disperdet illum Deus, » 1 Corinth. iii, 17.

41. **LUXURIA SUPER ME**, — id est contra me lugens conquesta est, quod eam dereliquerit et desolari perimerit. Ita Rabanus, Hugo, Lyranus et Vatablus, vel ut Chaldeus, Hugo et Maldonatus : « Luxit terra super, » id est coram me, vel ad me, quasi dominia sua operia a me patens : sic enim terra, cum nimis siccitate deliciat, quasi aperto ore pluviam a Deo postulat; vel, ut Sanchez, « luxit, » eo quod in excido cum lacrymis liceat mihi invocans, tamen non sit exaudita.

OMNIS TERRA, — scilicet Iudeorum; commode enim accipienda est vox terra.

NULLUS EST QUI RECOGNIT, — q. d. Terra luget, et tamen non est qui recognitet, scilicet minus tropætum. Ita S. Hieronymus. Hebreus : Non est qui ponat super cor suum, scilicet Deum, Delictum ac legem, ejusque terribilium iram, annas et plagas, ut illius illarumque metu a malis risipescat, illumque placet et sibi reconciliat.

42. **SUPER OMNES VIAS DESERTI**, — quia per omnes vias venturi erant hostes, ut obsideant Jerusalem; hebrei est, super omnia exercitū locavent hostes, q. d. Ea erit hostium erga, vis et impetus, ut omnia, etiam excelsa loca et prærupta, occupent et vastent : « non est (non erit) pax universi carni, » tunc omnes Iudeos haec clades tangit; universa omnia caro, aequa ac terra, hic commode, Iudeorum scilicet, de quibus tantum est sermo, accipienda est. Ita S. Hieronymus.

43. **SEMINAYERUNT TRITICUM, ET SPINAS MESSERUNT**, — metent est adagium, q. d. Iudei prospere ceperunt, et prospera sperarunt; sed adversa patientur, feliciter in misericordia vertetur, copia in inclem, et proprie, sementis quam fecerunt, vertetur in sterilitatem, ut pro tritico colligant spinas, utque fruges et fructus metant paucos, qui eis quoque non proderunt, quia eos vastabit hostis. Ita S. Hieronymus, S. Thomas et Lyranus.

Alludit ad maledictionem Adæ, Genes. ii, 17 : « Maledicta terra in opere tuo. Spinas et tribulos germinabit ibi. » Quocirca Theodoretus putat hic significari, quod spes messis non sit collocanda in honestate terra, sed in congrua ejus cultura; nam qui dolo, inquit, vel nequiter procedunt, pro messe colligunt spinas, puta sollicitudines, et lamentationes tam conscientias quam mentis.

Tropologice, Hugo putat hic notari eos qui docent, predican, aliquaque spiritualia obueni intuenda temporalia mercedis, puta opum; has enim Christus spinas vocavit, Matth. xii, 22.

Alior verit Vatablus : *Seminauerunt* (scilicet Prophetæ) *triticum* (suarum admonitionum), *spinam* messerunt (persecutionum), *agretarunt* (Prophetæ pro dolore) *quia non profecerunt*, *pudefacti sunt proper fructus vestros* (proper opera pessima vestræ), Hebrewum enim נחלה nachala, a radice נחלה, significat hereditare, ut verit Noster; sed a radice נחלה chala, significat egrotare. Hoc sensu significatur veros verbi Dei precones saepe pro veritate pati persecutions, exilia, rapinas, tormenta et mortem.

Kursus pro hereditatem accepserint, et non eis proderit, Septuaginta vertunt, sortes eorum non prodixerint eis, quod mystice S. Hieronymus et Epiphanius malis clericis adaptant : « Dixit, ait S. Hieronymus, hoc et Ecclesiasticis. Quid enim eos juvare poterit Episcopi nomen, et presbyteri, vel reliquæ ordo Ecclesiastis, cum magis graviter dignitatis suis, et potentier tormenta patiantur? » Et ad Nepotianum : « No plus habeas, quam quando clericus esse coepi, et dicas tibi : Genu non proderunt eis. » Et S. Epiphanius, epist. ad Joan. Hieros. Episcopum : « Operabat, inquit, nos, dilectissime, clericatus honoris abuti in superbiam, sed custodia mandatorum Dei et observatione diligentissima, hoc esse possit dicimus. Si enim Scriptura loquitur : Cleri eorum non proderunt eis; quae arrogantiæ clericatus conducere nobis poterit, qui non soluta cogitatione et sensu, sed etiam sermonis peccamus?

CONFUNDEMUS A FRUCTIBUS VESTRIS, — fallent fructus expectationem vestram, iliaque quasi pudora vos afficiunt.

44. **IAC DICT DOMINUS**. — Minatur Deus hostibus Iudeorum (ad eos enim transit), qui primi in exercitu Nabuchodonosoris venerunt contra Jerusalem, puta Philistinis, Idumeis, Ammonis, Moabitis, et Iudeis inter eos habitantibus (hoc enim est quod ait : « Et domum Iuda evellam de medio coram eis », exilium per Chaldaeos), ut vel sic Iudeos ad sui amorem trahat. Vide Cm. XII. Ita S. Hieronymus, Theodoretus et Lyranus. Alior Maldonatus explicat haec de Chaldeis, q. d. Ego ipsos Chaldeos tandem puniam et evertam per Medos.

45. **ET REDUCAM EOS**, — scilicet Iudeos a Babyrone per Cyrrum. Ita Theodoretus, Lyranus, Dionysius et Vatablus. Secundo, melius S. Hieronymus et Rabanus sic exponunt, q. d. Ego gentes

predicas, scilicet Ammonitas et Moabitas cum Iudeis, per Cyrus e Babylonem reducuntur; eos enim inde redutos esse patet cap. xix, vers. 6, et I Esdr. ix, ubi cum Moabitae et Ammonitis Iudei post redditum contraxerunt communia.

Mystice, significatur hic vocatio gentium ad fidem Christi.

VIRUM. — Id est quemque.

46. Si ERUDITI DIDICERINT (Moabitae et Ammonitas) VIAS POPULI MEI, — floscam et religionem Iudeorum.

Ut JURENT, — et consequenter ut colant Deum verum, non Baal; iuramentum enim per synecdochen significat omnem Dei cultum.

47. EVELLAN GENTEM ILLAM EVULSIONE ET PERDITIONE. — Id est omnino evertam et perdam illos. Quando hec contingint, nec S. Scriptura, nec historie narrant. Sanchez censem hec a Machabeis esse peracta; Judas enim et Jonas Machabei expugnarunt Philistinos, Ammonitas et Idumeos, I Machab. v, 3, 6. Verum hi gentes illas vastarunt quidem et subegerunt, at non deleverunt penitus.

CAPUT DECIMUM TERTIUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Hieroglyphico et anigmate lumbaris defossi et putrescentes, atque vers. 12, **lagunculae inobriantur, captivitatem et calamitatem Iudeorum describit.** Unde ait vers. 18: **Die regi et dominatrici, etc., ubi est grex qui datus est tibi, pecus incolytum tuum?** Est hoc genus prophetia anigmaticum, quod ad persuadendum efficacius est, quia non solis verbis, sed et rebus ipsorum paragitur et representatur. Simile fuit cap. vii, vers. 28, et infra cap. xviii, vers. 2 et 3, Isaiae xx, 2, Osee i, 3.

Nota hanc accidisse non tempore assidisionis sub Sederia, ut vult S. Hieronymus, sed sub Joakim; nam non uni regi, sed regibus, scilicet Joakim, Joachin, Sederia, ministrum excidit, vers. 13. **Et sub Joakim, cum tunc penderit tributum Chaldaeis, facile Jeremias in Babylonem ire et redire poterat, non autem cum urbs obessa, et Chaldaei essent hostes** (1).

1. Haec dicit Dominus ad me: Vade, et posside tibi lumbare lineum, et pones illud super lumbos tuos, et in aquam non inferes illud. 2. Et possedi lumbare juxta verbum Domini, et posui circa lumbos meos. 3. Et factus est sermo Domini ad me, secundo, dicens: 4. Tolle lumbare, quod possedisti, quod est circa lumbos tuos, et surgens vade ad Euphraten, et absconde ibi illud in foramine petre. 5. Et abi, et abscondi illud in Euphrate, sicut precepiter mihi Dominus. 6. Et factum est post dies plurimos, dixit Dominus ad me: Surge, vade ad Euphraten: et tolle inde lumbare, quod præcepisti tibi ut absconderes illud ibi. 7. Et abi ad Euphraten; et fodi, et tuli lumbare de loco, ubi absconderam illud: et ecce competerat lumbare, ita ut nulli usui aptum esset. 8. Et factum est verbum Domini ad me, dicens: 9. Haec dicit Dominus: Sic putrescerem faciam superbiam Juda, et superbiam Ierusalem multam: 10. populum istum pessimum, qui nolunt audire verba mea, et ambulant in pravitate cordis sui: abieruntque post deos alienos ut servient eis, et adorarent eos: et erunt sicut lumbare istud, quod nulli usui aptum est. 11. Sicut enim adhæret lumbare ad lumbos

(1) Tertia hec est sectionis secundæ primæ partis conditio, que illi temporis assignanda videtur quo Josue regis nepos Joachimus, sive Jechonias, regnum Iudecum tenuit, ut colligere licet a vers. 18, ubi præter regem, et regina ejus mater compellatur. Quæ vers. 19, 20, leguntur, haud obscuræ indicant occupasse tunc Chaldaeos plures Iudei urbes, et in eo fuisse ut ad urbem Hierosolymam exercitus admoventer. Videretur haec concio hæc longe ante prophetiam, cap. x, 17-25, contentam, habita fuisse.

Porro in hac prophetia, Jeremias, PRIMO, populi

Judaici insignibus beneficiis Deo obstricti ingratis erga eum animism, summanique illius depravationem, futurisque poemam typice duplicitate exponit, primo, per typum linei cinguli quod Propheta Deo primum iubente induit, et ad mandatum Dei alterum juxta Euphraten abscondit, et putrefactum postea recipit, 1-7. Quenam typum divinitus datus? Iste Deus explicat, reprehendendo superbiam, obstinationem, et idolatriam Iudeorum, 8-10; et obijcendo contemptam ab iisdem Dei benevolentiam, 11. Secundo, per typum seu allegorianum, vino replete, fallaci quidem sensu accepte in

COMMENTARIA IN JEREMIAM PROPHETAM, CAP. XIII.

viri, sic agglutinavi mihi omnem domum Israel, et omnem domum Juda, dicit Dominus: ut essent mihi in populum, et in nomen, et in laudem, et in gloriam: et non audierunt. 12. Dices ergo ad eos sermonem istum: Haec dicit Dominus Deus Israel: Omnis laguncula implebitur vino. Et dicent ad te: Numquid ignoramus quia omnis laguncula implebitur vino? 13. Et dices ad eos: Haec dicit Dominus: Ecce ego implebo omnes habitatores terræ hujus, et reges qui sedent de stirpe David super thronum ejus, et sacerdotes, et prophetas, et omnes habitatores Jerusalem, elbrietate: 14. et dispergam eos virum a fratre suo, et patres et filios pariter, ait Dominus: non parcam, et non concedam: neque miserebor ut non disperdam eos. 15. Audite, et auribus percipite. Nolite elevari, quia Dominus locutus est. 16. Date Domino Deo vestri gloriam antequam contenebret, et antequam offendant pedes vestri ad montes caliginosos: expectabitis lucem, et ponet eam in umbram mortis, et in caliginem. 17. Quod si hoc non audierint, in abscondito plorabit anima mea a facie superbiz: plorans plorabit, et deducet oculus meus lacrymam, quia captus est grec Domini. 18. Dic regi et dominatrici: Humiliamini, sedete; quoniam descendit de capite vestro corona gloria vestre. 19. Civitates Austræ clause sunt, et non est qui aperiat: translata est omnis Iuda transmigratione perfecta. 20. Levate oculos vestros, et videite qui venitis ab Aquiloni: ubi est grec, quæ datus est tibi, pecus incolytum tuum? 21. Quid dices cum visitaverit te? tu enim docuisti eos adversum te, et erudiisti in caput tuum: numquid non dolores apprehendent te, quasi mulierem parturientem? 22. Quod si dixeris in corde tuo: Quare venerunt mihi haec? Propter multitudinem iniquitatis tuae revelata sunt verecundiora tua, polluta sunt planta tua. 23. Si mutare potest Äthiops pellem suam, aut pardus varietates suas: et vos poteritis benefacere, cum diuidieritis malum. 24. Et disseminabo eos quasi stipulam, que vento raptatur in deserto. 25. Haec sors tua, parsque mensura tua a me, dicit Dominus, quia oblitus es mei, et confusa es in mendacio. 26. Unde et ego nudavi femora tua contra faciem tuam, et apparuit ignominia tua, 27. adulteria tua, et hiemitus tuus, scelus fornicacionis tuae: super colles in agro vidi abominationes tuas. Væ tibi, Jerusalem, non mundaberis post me: usquequo adhuc?

1. Possive. — Chaldaeus eme; utrumque enim significat Hebreum מְלָא kana; empionis enim finis et terminus est possessio rei empti.

LUMBARE LINEUM, — id est batteum, sive cingulum ex lino quo lumbi cinguntur. Ita Septuaginta et Vatabulus. Lineum autem esse vult, non lanum, non coriacum, ut indicet non esse super vestem, sed super carnem indumentum: quod enim nobis conjunctissimum esse, ac diligentissime servare volumus, hoc ad lumbos cingimus: siue viatores pecuniam linee cingulo insutum, securi lumbos circumcingunt, ait Maldonatus. Unde Syrus et Arabicus vertunt, sudarium, velamen, lin-

teum; et alliga illud in lumbis tuis, vel super dorsum tuum (1).

Nota primo: Cingulum sive « lumbare » quod Dei renibus jungitur, ait S. Hieronymus et Je-

(1) Intelligent tamen plures interpres hic designari cingulum exterius quod vestibus astringendis inservit. Alii, sicut Calmetus et d'Allio, hic agi patant non de simplici cingulo quod vestes laxiores constringeret, sed de ampliore cingulo qui breviter tunica formam haberet, quam ob causam S. Hieronymus illud cingulum vestimentum multib[us] appellat. Ceterum, ut jam notavimus, duplex erat, et est adhucum in Asia cingulum: alterum commune, alterum pretiosum ex gossypio, vel lino, nunc quidem ex serico textum, olim autem ac pictum latitudine palme, quod anterior ad ventrem colligabatur. Ideo Duhler et d'Allio de magni preti cingulis cogitandum existimat, propterea quod illud divisus et luxuriosi populi imago esse debet. Quam interpretationem non accipi. Rossmüller dicendo non ad ornatum Ierusalem mandatum esse sibi cingulum comparare, sed ad arctissimam conjunctionem significandam, vers. 41. Quare vulgare cingulum, nudis lumbis applicandum ad viras confirmandas, quo quasi unitum contractum corpus sit, ex fortius indicari potest statuit. Ita et Grotius: « Ηγετες γραδις (Alexandrinis interpretationis) dicitur, subligat, quod corpori proxime adharet. Sic populum Iudeicum Deus propter populis proxime sibi admoventur. »

Tertio, tanta calamitatis causa exprobatur, que sunt, primo, communicatio confiditor cum infidelibus, 21; secundo, multicipitate iniurias et impudentias, 22; tertio, obdurate imprudentias, 23; propter quæ comminatur Deus dispersionem omnimodam, et ignorantium infamem ex idolatria ortam, 24-27.